FRANCISCI NICONITII



REFERENDARII APOSTOLICI

ALLEGATIO-
NVM SECVN-
DA PARS.

VENETIIS
1548

PAVLO III PONTIFICI
MAXIMO FRANCISCVS NICOSNITIVS REFERENDARIVS EIVSDEM
.S.

IAM DECIMVS Pater Beatissime annus agitur, postq̃ ego hinc, tuo assensu tuis cum literis, in Poloniam profectus experiri curaui, an ualeant alienigenæ Regni Poloniæ iura hic à .S. tua concessa illic obtinere. Ibiq; diutius q̃ uolebam, cum diuturna aduersa ualetudine, tum Samuelis Maciouij Cracouiensis episcopi, uiri sanè rarissimi, ac Illustris Andreæ de Gorcha Comitis, Posnaniensis Castellani, Regni illius splendoris, ac maiorum hominum terroris, humanitate detentus, uixi penè nouem annis. Reuersus Romam, quum post tuorum pedum oscula confectis aliquibus negotijs, Poloniam cogitarem, tuo uerbo motus, tuum uerbum faciens plurimi, quo dixisti, ut operam meam, in referendis iustitiæ libellis, sicuti iamdudum consueueram, nauarem, reiectis itionis Poloniæ rationibus, redij ad illa non minus laboriosa, q̃ inutilia (fortassè) tempestate nostra, studia. In quibus uersatus aliquantisper, opinionum & sententiarum, quas in dies uel consultus, uel iudicio addictus proferebam, particulam unam edendã dedi: Nomini tuo augustissimo, cui & memet obstrictum do dedoq;, dicaui. Mirari certe non debes me tuas aures in tam præclaro celsitudinis gradu cum rudi musa obtundere nõ dubitasse. Virtutis enim hoc proprium est, cogere homines rectè quippiam sentientes, uirtutem quærere, rimari, inuentam colere adorare. Tu igitur quum uirtus ipsa sis (nescio tibi teipsum uerius definire) qui mirum si te colam, adeam, religiosè quoq; uenerer ut immortalem? Nempe præter id quod iuris arbiter ac moderator es, nulli aptius, nulli accõmodatius existimaui hæc mea iuris responsa consecranda, q̃ tibi. In cuius mores, in cuius uitam, in cuius cogitationes non cadit, quod non sapientissimo, optimo, grauissimo, ac omni laudis genere dignissimo, uiro, principe, pontifice dignum sit. Cuius potestas ad deorum immortalium accedit potestatem. Cuius dictis factisq; æternitatem deberi, Roma, Italia, totius orbis fines intelligunt. Ob cuius incolumitatem Dijs immortalibus uota fundentes, infantes, pueri, senes, populus, senatus, omnes ordines, omnes homines, nobilitas omnis, uniuersa Italia, exteræ nationes, lux deniq; ipsa, diuina atq; humana omnia, admirabili atq; inaudita efferuntur lætitia. Te enim aiunt illũ esse, qui uenturus erat, nec alium expectari, qui christianæ reip. uulneribus infinitis, sapientissimè cunctando subueniret. Pro christiano enim nomine tuendo, deffendendo, propagando, pacem, concordiam, ocium, tranquillitatem, uniuerso orbi atq; huic maximæ urbi, per multos annos, clauum Imperij gubernaculaq; christianæ reip. summa cum iustitia, pari sapientia, ac religione regendo, parare non desinis. Hæc & huiuscemodi plæraq; longius me à proposito traherent, ac modum epistolarem transgredi cogerent, si calamo indulgerem. Canam igitur receptui, uelaq; colligam: Teq; obtestabor Pater sanctissime, nequid eorum quæ dixerim aut in futurum dicturus sum, auribus tuis datum putes. Quicquid est, purum & candidum est, ac ex ueritatis præcordijs excerptum. Quod tibi nec molestum, nec à uoluptate deuium esse debet. Omnia enim egregia gesta frequẽti memoria uel recordatione scribẽtium, cumulatissimè reflorescũt, ac reuirescunt, gloriam secum afferentia, quæ sola uirtutum præmium à sapientibus constituta est. Hanc tui nepotes omnes, summi atq; lentissimi uiri, magnæ spei mirificæq; expectationis Raynutius Farnesius & Alexander Farnesius & Guido Ascanius Sfortia Cardinales, Octauius, & Horatius Farnesij, alter Parmensium & Placentinorum, alter Castrensium Duces (ut omittam reliqua tuæ domus lumina) ambabus, ut aiunt, manibus amplexam, uirtutibus & præclaris facinoribus incumbendo, incredibili cupiditate sectantur: Te imitantur, te sequuntur, hæreditarium sibi existimantes, ex amplissimo genere, splendidissimaq; totius Italiæ familia, dignos se maioribus suis descẽdentes prestare. Superest ut te rogem tibi supplicem Pater clementissime, has meas uigilias, futuræ assiduitatis si tu uolueris argumentum, hilari fronte suscipias. Munificumq; (ut facis) literatis te Mecænatem Dominum & Patrem exhibeas, in eoq; opere ne lasseris. Qua re ad immortalitatem & memoriam nominis tui sempiternã, nihil tibi potest contingere præclarius. Imò hoc tantum itinere fies exemplar ab omnium annalium monumentis æternitati consecrandum. Iesus Christus seruator noster te nobis, imò christianæ reip. diu seruet incolumem, Si & tibi & Christi ecclesiæ (hoc uoto uix scirem tibi fœlicius quicq̃ precarij) expedit. Vale, Romæ, penes Mineruam, Sexto Idus Augusti. M. D. XLVIII.

FRANCISCI

NICONITII REFERENDARII APOSTOLICI ALLEGATIONVM SECVNDA PARS.

QVOD STATVTVM Incliti Regni Poloniæ, prohibens extraneũ suscipi ad dignitates in Metropolitana, & Cathedralibus ecclesijs, non excludit extraneum, qui est Nobilis ex utroq; parente, Comes Palatinus, Baro, Prothonotarius, ac Referendarius Apostolicus, Vtriusq; Iuris Doctor, Dalmata natione.

ALLEGATIO. I. ALIAS. XXIIII.

Viso ac diligẽter considerato statuto Regni Polonie per Serenissimum Regem Sigismundum edito et confirmato Cracovie. M. D. xxxij. regni sui anno. xxv. die sancto℞ Fabiani et Sebastiani, et etiam statuto Serenissimorum Ioan. Alberti, et Alexandri Regum. Si queramus an ex dispositione dicti statuti excludatur a dignitate in Metropolitana ecclesia Gnezneñ. quispiam, qui vere et originaliter sit ex utroq; parente nobilis, ex indultis et privilegijs Leonis. x. Clementis. vij. Pauli. iij. et aliorum summorum Pontificum Comes Palatinus ac Baro, ad instar Baronum urbis Rome, vere et non ficte, quisq; sit utriusq; iuris doctor, Prothonotarius, ac Referendarius sedis Apostolice, non tamen indigena Polonie, Dalmata natione.

Salvo saniori et rectius sentientis consilio, dico nobilem talem non excludi a statuto, eumq; iustas fovere partes, non obstante dicti statuti dispositione, qui tamen alioquin ius haberet ex gratia vel provisione summi Pontificis, quod probo iuribus et rationibus deducendis.

Pro huius opin. fundamento possem multa effundere ex mente legum, suadentia ius dicti nobilis seposito cuiuscumq; alterius iure.

1 Primo presupponendo † statuta recipere interpretationẽ a iure cõmuni etiã si verba statuti impropriari deberent, vt per Rom. in cõsi. ccxxvij. incip. queritur etiam an ipse in fi. Etiam si taliter intelligendo nihil operarentur ultra ius commune Ias. in l. fi. §. in computatione. in fi. C. de iu. delib. per tex. in. l. ij. incip. si servi vestri. C. de nox. a. c. cum dilectus. de consuet. cum concord. vt dixi in rub. ff. de ope. no. nun. cia. fol. xj. in. clxix. Quibus addo Soci. in reg. cccexl. incip. verba ver. fallit quando verborum. Mathes. in not. lix. incip. no. q legum, inferentem q statutum loquens de capiendis debitoribus non comprehendit doctores legum seu medicine, vel eorum filios, etiam si esset clausula non obstante aliquo privilegio, Mathes. in no. lxxxv. incip. no. mirabile ponentem q statutum volens quem citari ad domum, vel personaliter non dat facultatem vt prius ad domum citetur, quia de iure communi prius personaliter quis citari debet, et recedit a Bart. vt per eum. Io. bap. castelli. in alleg. j. incip. magnificum. col. ix. post prin. sub ver. nunc vero aggrediendo referentem Imo. in consil. xcj. consulentem quando statutum vult censeri continuatam possessionem defuncti in heredem absq; corporali apprehensione, quia intelligitur absq; alterius preiudicio iuxta ius commune. Alb. in decis. clxvj. incip. fuit dubitatũ. col. j. in fi. vers. certio. Soci. in reg. clij. incip. filius legitimam. in fi. alleg. doc. vt per eum. Ancha. in repe. c. canonum. fol. lix. colũ. iiij. in fi. ver. accedat hec. et fol. lx. col. iij. in prin. ver. occurrunt alie. et fo. lxiiij. col. iiij. in fi. ver. alterius de consti. Fely. in. c. cum causam. col. vij. in fi. versi. secundo limita. de testi. Fely. in. c. pastoralis §. preterea. col. j. post princi. ver. fallit primo. de offi. ord. Fely. in. c. edoceri. §. j. ad fi. de rescript. Deci. in rub. extra de proba. col. xij. ver. ex his bene. Guid. pap. in consi. ccxxj. inci. spectabiles domini. col. ij. in prin. versi. nec ob.

2 Stante hoc succedit alia conclusio † q statuta laicorum super rebus ecclesiasticis, vel personis non ligant, nec attendi debent. c. ecclesia sancte Marie. de cõsti. vbi oẽs. c. que in ecclesiar. eo. tit. c. bene quidem. xcvj. di. c. fi. de reb. eccle. non alie. tex. in auc. cassa. C. de sa. san. ec. et ibi Deci. in. ix. notans tam de editis q̃ de edendis, et que statuta dicãtur cõtra libertatem ecclesie ibi in. xvij. et. xix. ponens q ẽt illa que reddunt clericos timidiores Hippo. in sing. xxix. incip. statuta. Deci. in. l. sensus. col. ij. in. xv. C. questa. sa. pos. Guid. pap. in cõsil. cxlix. incip. põt dici. in prin. ver. nec ob. Ancha. in repe. c. canonũ. fol. xxxiij. col. ij. in med. ver. iuxta predicta. de cõsti. et ibi in ver. seq. que dicantur esse cõtra libertatem ecclesie, et fo. xxxiiij. col. ij. ad fi. ver opiniones. et col. iiij. in fi. ver. quo ẽt de quõne. Ancha. in. c. postulasti. col. xviij. in fi. sub ver. non obst. q locus de fo. compe. et est cõis sñia. no. Ias. in. l. j. col. j. in. viij. ff. de legi. igit ista statuta in dubio obst. Et talia statuta laicorum coram iudice ecclesiastico non põt allegari, vt per Fely. in. c. sicut cõsuetudo. col. iiij. in fi. ver. quo intellige. de proba. alleg. Ancha. vt per eum.

3 Hinc ponit Roma. † q papa de iure non põt se submittere iudicio Imperatoris, ita Roma. in singu. cxliij. incip. text. receptum. de quo videndus Deci. arguẽs ad partes, et distinguẽs in. l. est receptum. col. j. et. ij. ff. de iurisd. omn. iudic.

Hinc etiã est quod civitas non potest statuere, vt relicta pro male ablatis convertantur in alicuius ecclesie utilitatem text. est in. c. ad apostolicam. de simo. et in. c. vestra. de loca. et ibi Roma. in singu. cccexxxiij. incip. pone q populus.

4 Quod si negares esse contra libertatem ecclesiasticam, vide Fely. in. c. noverint. in fi. de sen. excom. vbi ponit generaliter † q illud statutũ dicit cõ libertatẽ ecclesiasticã p qd phibet psonis ecclesiasticis illud qd neq; iure divino neq; humano est phibitũ.

5 Quod si diceres sunt cõfirmata per Leonem. x. vel alios põtifices istud nihil aliud est dicere nisi q robur eis attribuit a private, et a voluntate pape, † q2 actus illius dr qui actui authoritatẽ impartit. l. j. §. cumq; hec. in ver. omnia. n. C. de vet. iu. enuc. et facit que dixi in alle. xiiij. incip. statuta per totum. vbi videndum licet in veritate non extet aliqua confirmatio, aut approbatio sedis apostolice, presertim post obitum Clementis. vij. qui post istud statutum excludens extraneos.

6 Accedit etiam † q iura alicuius actus attribuunt actui confirmanti non autem actui confirmato. glo. in. l. si quis priorem. ff. ad trebe. glo. in. l. eos. C. de appel. Roma. in consi. ccclxix. incip. circa primum. col. iij. versi. secunda consideratio, et ad hoc scripsi aliqua in alleg. xiiij. incip. statuta vbi videndum, quibus adde q denominatio debet fieri a confirmante, vt per Bal. in l. ex placito. in. iij. col. C. de rer. permut. vbi de statuto Spoletano confirmato, quia dicitur papale facit text. in. c. si eum. de

7 preben. in. vj. † Et actus confirmatus a papa dicitur actus sedis apostolice per tex. in. c. si apostolice. de preben. in. vj. cum concord. et per Fely. in. c. j. col. ij. in seq. versi. vnde. de sponsa. Fely. in. c. cum accessissent. col. j. in med. versi. primo. de constit. inferens ad confirmantem statuta. Fely. in. c. j. in princi. de presump. inferens etiam ad dicta Salomonis inclusa per papam in canone, quia sunt autentica ratione cõfirmationis, et ibi q Salomon est saluus, Fely. in. c. ecclesia sancte Marie. col. j. in prin. ver. no. secundo. de consti. Fely. in. c. quũ venissent. col. j. in fi. versi. in glo. j. de testi. referens Bal. in. d. l. ex placito limitantem si in genere omnia statuta confirmet papa, quia tunc non erunt papalia.

8 Itaq; istorum statutorum derogatio et abolitio dependet a potestate pape, † quia nihil tam naturale est q̃ vnumquodq; eo modo quo ligatum est solvi. Et per quas causas res oritur per easdem dissolvitur. et que sunt habilia generandi sunt habilia corrumpendi, et eius est tollere cuius est inducere. l. prout. ff. de so lu. c. omnis res. de regu. iur. et est. c. omnis res. xxvij. q. ij. §. nõ habemus. in auct. de defens. civi. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. cum concord. vt scripsi in. c. quoniam contra. fol. xlvij. in. cc vij. et seq de probati. et dixi in. l. q rome. §. duo fratres. fol. xiij. in. cxliiij. ff. de ver. ob. ¶ Verũ q2 adverto q Excell. doc. D. ppo. de mari. senex existens et magne eruditionis, vt cõstat,

ex opibus suis, nõ erubui: allegare scripta p me tãc inuenẽ, au thoritates mihi tribuendo, vñ citat dñe amea in c. qm̃ cõtra. de proba. ĩsta conclusione, vt per eum in suo sing. dclxix. inci. in ra vo tñt, ideo ornabo istum locum pulchris decisionibus non positis per alios scribentes. Addo igitur. l. fere quibuscũq;. ¶ l. omnia que iure. ff. de reg. iu. l. stichum aut pamphilum. §. na turalis. ff. de solutio.

Hinc est q sicut in prorogatione iurisdictionis cõsensus iudicis non est necessarius. l. ij. §. j. ff. de iudic. ita nec in reuocando erit necessarius not. Deci. in. l. si conuenerit. post princ. ¶ col. ix. in xxiiij. ff. de iurisd. om. iud. vbi q sicut in pacto vtriusq; voluntas interuenit, ita etiam in mutatione pacti oz interuenire, ¶ idem reperit ibi col. xj. vers. obstare. tñ ¶ eadem reperit Deci. in. l. si quis in conscribendo. col. v. vers. ¶ predicta habent. C. de pact. Deci. in. c. j. col. xxv. ver. ¶ ideo alias. extra de iudi. vbi eadẽ reperit quo ad intellectum. l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iudi.

Tertio confirmo q: si absq; citatione missio in possessionem fa cta est, pariter ẽt absq; citatione reuocari potest, vt per Deci. post Alex. in. l. si pacto quo penam. col. ij. in. iiij. not. C. de pac.

Quarto allego, q: sicut legatis alimentis veniunt cibaria vesti tus habitatio aqua medicine, ita etiam remissis alimentis ea dẽ veniunt exceptis vestibus ¶ habitatione, q: specialiter hoc a diuo Marco constitutum est, vt per Deci. in. l. de alimen tis. in princip. C. de transactio.

Quinto allego, q: sicut bonorum possessio non potest acquiri si ne decreto ¶ presentia iudicis, ita etiam decretalis bonorũ pos sessio repudiari nõ potest sine decreto. l. j. §. decretalis. ff. de suc cess. e. li. no. Deci. in rub. C. quando non pet. par. col. ij. in med. reperit Deci. in. l. quoties. col. v. in. xxxvij. C. eo. tit.

Sexto allego, q: si vendo rẽ precio decẽ, deinde cõuenio de alio precio, si prima obligatio est stipulatione vallata non tollitur p secundum non habente stipulationem, ita Nicel. in trac. con cor. glos. concord. xxiiij. dum concordat glo. in. l. si vnus. §. q si non. ff. de pac. ¶ glos. in. l. emptor predij. ff. eo. titu.

Septimo allego, q: eadem solẽnitas que requiritur in cõtru requi ritur ẽt in distractu, vt not. in. c. quum dilecti. de emp. ¶ ven. not. Afflic. in decis. cccxxx. incip. feudatarius. in. iiij. inferens q si cut in contrahenda hypotheca super feodis requiritur regius assensus, ita etiam in remittendo hypothecam, ¶ vltra eum no. Bal. in consi. ccccxv. incip. illa solennitas. in. ij. volu. alleg. l. si ad resoluendum. C. de predi. mino. ¶ no. in. l. j. C. si aduer. tran sac. cum concor. vt per Nicel. in trac. de cõcor. glo. fol. liij. ver. quinquagesimoseptimo fallit.

Octauo allego, quia si ius ciuile abstulit alicui naturali obliga tioni effectus suos ciuiles per priuationem, restituit sibi eosdẽ per restitutionem in integ. vt per Belleme. in decis. dccxliiij. inci. his suppositis. col. j. post pn. ¶. aduertẽdũ est. de resti. in inte.

Nono allego, q: lz facta a maiori pte capituli, vel vniuersitatis regu̾r valeant. l. qd maior. ff. ad munici. c. j. de his que fi. a ma. par. cap. cum similia. tamen quando aliquid semel omnes de ca pitulo statuissent non posset maior pars contra istud statuere, ita eleganter Inno. in. c. humilis. de maio. ¶ obedien. sequitur Corse. in singul. vniuersitas incip. quod fit a maiori. ad fi. post Roma. relatum per eum.

Decimo allego, q: sicut abbas põt excõicare. c. cũ sit romana. ¶ fi. õ ap. ita ẽt abbas absoluit, vt p gl. in dicam. l. e. õ manifesta. ij. q. j.

Undecimo allego, quia sicut simplici verbo potest quis excõ municari. vt. c. j. de eo qui fur. or. su. ita etiaz simplici verbo po test quis absolui. vt per glo. in. c. quum aliquis. xj. q. iij.

Duodecimo allego, quia sicut in contrahendo matrimonio ex pressus consensus requiritur, ita etiam in dissoluendo eo, vt p glo. in. c. qui vxorem. xxvij. q. v. ponens de eo qui promisit vxo rẽ suã velari in monasterio an cogatur ipse ingredi monasteriũ.

Tertiodecimo, quia paruuli sicut peccauerunt per alios, idest per parentes, ita per alios saluantur, idest per alios credunt, dum baptisantur, ita gl. in. c. in ecclesia. de consec. dist. iiij.

Quartodecimo allego, quia peccata sola voluntate cõmissa sola voluntate delentur, fm Baz. de quo in glo. in. c. sicut. xxxij. q. ij. alij dicunt penitentiam necessariam, vt per eam.

Quintodecimo allego, q: qñ quĩmus de reuocatione statutorũ, si est talis populus q sine auctoritate superioris põt statuta facere, poterit eodẽ mõ ea reuocare absq; auctoritate superioris, vt per Bar. in. l. oẽs populi. ff. de iust. ¶ iu. sequit Ancha. in repe. c. canonum. fol. lij. col. iij. versic. secundo hic incidenter. de con stitu. ¶ ibi distinctio quando non poterat statuere sine auctori tate superioris, vt per eos.

Sextodecimo allego, q: si quis in primo testamento posuerit clausulam derogatoriam, deinde cõdat aliud testm̃ dicens q annullat quodlibet testm̃ prius factum quocunq; modo, nihillo minus primum testm̃ erit validum ex quo in specie non dero gauit clausulis derogatorijs, ita cõsuluit Gui. pap. in cõsil. lxiiij. incip. visis duobus, referens Bal. in. l. si quis in principio te stamenti. ff. de lega. iij. per illum tex. cum alijs vt per eum.

Decimoseptimo allego, q: sicut qñ donantur, venduntur, aut le gantur vni instrumenta emptionum alicuius rei ipsa res vendi donari, aut legari vr̃ ita ẽt si restituentur instrumenta emptio num soluto prius precio per primum venditorem vr̃ esse facta retrouenditio, nec vr̃ q debeat dici aliqua simulatio, ita Cep. in tract. de simulat. contract. in xxvj. presumptio. in. lxxxj. vbi allegat tex. concor. ad. l. nil tam. ff. de regu. iur.

Decimooctauo allego, q: lz fm Pau. de cas. soror quum mari tatur repudians hereditatem patris in fauorẽ fratris non pre iudicat sibi qn eam possit petere, q: hereditas adita non p̄t tt per repudiationem amitti. l. sicut. C. de repud. here. ita Pau. in. d. l. sicut. Tñ contrarium tz Cepo. in con. ccxxix. incip. quia adiuit, q: sicuti nuda ¶ sola voluntate adit hereditas. l. pro he rede. ff. de acquir. heredi. ita sola voluntate debet posse amitti, ita Cepo. subdens q licet opi. Paul. possit euitari, tamen est tutius, vt non dicat repudio, sed renuncio, vt per eum.

Decimonono allego, dña est inter ius ciuile ¶ ius canon. De iure canon. pp solam cordis contritionem daf peccati venia. c. peccati venia. de reg. iu. in. vj. De iure autem ciuili secus est, vt in. l. qui ea mente. ff. de furt. ¶. l. quia sit fugitiuus. ff. de edil. edic. Ratio est, q: ea que facilius ligantur facilius ẽt soluunf. Sed de iure diuino sola mẽtis cogitatione ligatur quis iuxta illud qui cõcupiuerit vxorem proximi sui iam mechatus est, ¶ est tex. in. c. qm. vbi glo. xlvij. dist. Ideo per cõtriam animi con tritionem quis soluitur. Iure autem ciuili per solam cogitatio nem non deductam ad actum non punitur aliquis. l. cogitatio nis. ff. de pen. ideo sola cordis contritione veniã non consequit delinquens, ita Dy. in. d. c. peccati venia. de reg. iur. in. vj.

Uigesimo allego, volunt iura q sicut alijs contractibus ex cõ muni consensu partium renunciatur, ita etiam sponsus ¶ spon sa de futuro possint sine peccato renunciare ¶ dissoluere spon salia etiam iurato, ita Fely. in. c. preterea. col. v. in med. ver. in glo. fi. de sponsa. dicens q omnes doctores ibi ita volunt.

Uigesimoprimo allego, si ille in cuius fauorem iuratur remittit obligationẽ non indiget iurans alia absolutione, q: iurans par ti intendit illi promittere licet ad confirmationem addat re ligionem iuramenti, vnde directe inducit obligationem hõi quia par est potestas tollendi ¶ inducendi, ita Felyn. in. c. j. in prin. post alios de iureiur. vbi limitat vt per eum.

Uigesimosecũdo allego, eius est nature distractus cuius est cõ tractus, si enim nuda voluntate non transfertur dñium sine tra ditione, ita nec retrãsfertur, vt per Alex. post Bal. in. l. j. col. iij. in princip. ff. solu. matrimo.

Uigesimotertio allego, contrauenient priuilegio ad aliquid nõ faciendum vr̃ renunciare ipsi priuilegio. c. recolentes. versic. si enim. de sta. mona. no. glo. in. c. quum accessissent. de constitu. hoc tamen intelligitur dummodo priuilegium sit natum ex vni co actu momentaneo, puta ex statuto, tunc enim vnico actu cõ trario perditur, secus si priuilegium esset quesitum ex consuetu dine, quia tunc sicuti non fuit quesitum vnico acto, sed pluribus ita etiam perdi non potest vnico actu, sed pluribus, vt per Inno cẽ. in. c. accedentibus. de priuileg. cum concord. vt per Fe ly. in. c. quum accessissent. colum. xiij. in med. versicu. septimo limita. de constitutio.

Uigesimoquarto, non est mirum si Venetijs non transeant senten tie in rem iudicatam, immo perpetuo potest obijci de iniqui tate sententie, ratio est quia nimis de facili contra absentem in defensum pronunciãt, nimirum si postea de facili querelantem audiunt, ita Anchar. in consil. ccliij. incip. ex verbis dicte sen tentie in fine sequitur Felyn. in. c. ecclesia sancte Marie. colũ. xij. in fine versicu. vltimo no. de constitutio. Nescio tamen an istis temporibus, ita practicetur Venetijs. Fely. sequitur sim pliciter quia inimicabatur. Venetijs vt per eum in. c. quia sit. colum. vij. in. xix. ¶ ibi additio in margine considerat hoc de fo ro competen. Unum scio Venetos esse iustissimos licet iura ciuilia non sequentur.

Uigesimoquinto allego, gesta de facto, ¶ parte inaudita põt ẽt parte inaudita reuocari, vt per Inno. in. c. querelam. de elect. Felyn. in. d. c. ecclesia. in loco s̃ allegato. Posui hanc deci sionem

fionem preter consuetudinem meam, q non consueui transcribere que ab alijs sunt posita, sed remitto dicens, cum concord. vt per talem ⁊c. Verum quia est notab. decisio, ⁊ ego recordabar legisse alias posui, tanq̄ meas vigilias prius q̄ Fely. vidissem, ⁊ vt hoc credas allego idem tenentem vltra Felyn. ibi Roma. in singu. dcclxvi. incip. possessio. dicentem p illo dicto Inno. esse tex. in. l. pen. §. hoc dictum. ff. si mul. ven. no. idem Fely. in. c. quum olim. col. vj. in fi. sub ver. confirmantur predicta de re iudi. Fely. in. c. nihil. col. ij. post prin. vers. vigesimononо. de prescrip. limitans quando citatio primo fuisset omissa propter scandalum, alleg. Jo. and. vt per eu. Fely. in. c. quum super. col pen. in fi. ver. fateor. de testi. cog. inferens q facile absoluitur qui excōicatus fuit et si impeditus nō cōparuit Fely. in. c. ex pte. col. j. in me. ver. no. vlti. de testi. alle. loca ɔcor.

Vigesimosexto allego, si de facto sine solēnitatibus debitis aliquis sit incarceratus pōt sine aliqua citatione reuocari quando in captura non precessit citatio, ita Cacialup. in trac. de debi. suspe. col. fi. sequit Vicel. in trac. concor. glos. fol. liij. alias concor. lu. incip. alia materia. ver. trigesimo. vbi ponit q iniuste captus non potest ex alia iusta causa recommendari in carcere, q tanq̄ spoliatus primo debet restitui ad pristinam libertatem, vt per Barto. in. l. ij. §. fina. ff. de custo. reor alleg. multa pro hoc ⁊ per eum.

Vigesimoseptimo allego, si quis notorie tenet ecclesiaz iniuste, pōt absq̄ aliqua citatione spoliari ab ordinario sicuti de facto se intrusit, vt per Abb. in. c. q clerici. post prin. de iure pat.

Vigesimooctauo, absolutio a iuramento interposito super contractu valido non annullat contractum, ⁊ creditor potest petere, quia contractus assumpsit vires ex consensu partium, vnde non cessat validus sublato iuramento, vt per Fely. in. c. j. col. vj. in fi. ver. concluditur. de iureiur. vbi distinctio.

Vigesimonono, impedimenta inducta per ius positiuum, ⁊ omnes effectus ex illo producti possunt per papam sola eius voluntate contrarie tolli, vt per Cald. in consi. xu. in tit. de rescri. sequitur Ludo. gomes. auditor rote celebris in cōment. regul. cancel. fol. xxiiij. in. viij. alias est de non tollen. ius quesit. q. vj. in. viij. ⁊ ibi simile. Et ex ista decisione eneruantur omnes vires statutorum predictorum.

9 Trigesimo allego, † que alicuius consensu fieri debent eius dissensu impediuntur glo. in. c. pen. incip. obeuntibus. ver. ex conuenientia. lxiij. dist. ⁊ facit no. per Hippo. in sing. dclxix. incip.

10 iura volunt. † Et eius est interpretari cuius est condere. c. inter alia. de sen. excom. no. Staphi. Palmata Rote auditor solennis in trac. de lite. instit. fol. cxlj. versi. dicendum est modo. in fi. Cassad. in decis. ij. incip. inter cetera. ad fin. de preben. alleg. l. fi. C. de legi. ⁊ c. quum venissent. de iudi.

Trigesimoprimo, quia ea que requiruntur in constitutione alicuius actus in eiusdem reuocatione requiruntur. l. si vt propo nis. la. ij. C. de nup. no. Capel. tolos. ccccxvij. incip. item an valeat inferens q reingrossatio instrumenti iam cancellati parte non vocata non valet, quia partis consensus a principio requiritur, allegat doc. vt per eam.

Si igitur per supradicta derogatio statutorum dependet a potestate pape, papa derogauit, ideo sumus in claro.

Omisso tamen isto fundamēto, de quo latius infra dicam, mo

11 ueor alio fundamento, ⁊ dico sic, † statuta tantū disponunt q̄tenus dicunt ⁊ non plus, vt per Bal. in. l. testamenta non ideo. in fi. C. de testa. Bal. in. l. si furiosi. per illum textū. C. de nup.

12 † Et quicquid omissum est a verbis censetur omissum, ⁊ non afficitur. l. quicquid astringe. vbi Bar. ff. de verb. obli. Jas. in. l. seruo legato. §. si testator. col. pen. in. viij. ff. de leg. j. Ancha. in

13 c. canonum. fol. lxxv. col. iiij. ver. occurrit alia. de consti. † Et casus omissus in statuto relinquitur dispōni iuris cōmunis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. c. susceptum. de rescript. in. vj. l. commodissime. ff. de lib. ⁊ posth. c. in nostra. de iureiu. l. si quis dotem. ff. sol. mat. not. Corse. in singu. statutum incip. not. vnus. in fi. Deci. in. l. illam. col. v. ad med. versi. extra gl. C. de colla. Guid. pap. in consi. clxxij. incip. frater Hugo. vbi consuluit beneficium vacare per renunciationem non per obitum etiam si non in manibus superioris sed coram notario, ⁊ testibus renunciet Guid. pap. in cons. clxxv. incip. represalie concesse post med. versi. nec obs. Fely. in. c. ius generale. col. ij. ad fin. j. dist. Guid. pap. in consi. cclx. incip. represalie. in med. ver. non obs. submissio. Afflic. in decis. cclxxviij. incip. dicit consuetudo in med. in versi. hic casus. Tho ferrar. in caute. xxiiij. incip. queritur per scribentes. col. j. in fi. inferens q casus omissus a lege mosaica inter iudeos relinquitur decidendus a iure cōmuni, Pet. gerar. in sing. vij. incip. quando rubrica. col. ij. in prin. vbi limitatio. Fely. in. c. nonne. in princ. de presumpt. Fely. in c. postulasti. col. x. in med. ver. sexta ⁊ vlti. de rescript. inferens ad regulam de exprimen. valore, Fely. in. c. translato. col. pen. ad fin. versi. idem vbi. de constit. Ancha. in. c. canonum. col. fi. in fi. eo. tit. vbi videndum.

Hinc est q statuta prouidentia cōtra querelantem in certis casibus non extenduntur ad legitime appellantem, vt per Abb. in c. querelam. de procura. per glo. ibi sequitur Corset. in singul. querela incip. vbi sumus.

Sed ista statuta non excludunt extraneos si essent nobiles, sed extraneos simpliciter, ergo non officiūt nobili, q iure cauetur

14 q † que sunt nota digna nisi specialiter de his mentio fiat censentur pretermissa a dispositione, ⁊ ab ea non comprehēsa, tex. est not. in. l. item apud. §. hoc edicto. ff. de iniur. c. q̄uis. il. j. de preb. in. vj. glo. dignitatis. in. c. ij. eo. tit. in. vij. vbi tex. ɔcor. cum concor. vt dixi in. c. quoniam contra. fol. lj. in. liij. de probatio. Quibus addo glo. fi. in. c. fi. de pen. dist. iiij. Ludo. gomes. in regul. de infir. resi. q. v. in prin. alias est fol. xxxviij. in. i. Deci. in. l. i. col. xx. in princ. ver quarto q. ff. de offic. eius. Afflict. in decis. cxj. incip fuit dubitatum. col. ij. in. viij. vbi concor. referens q reuocatio obligationum non afficit bona feudalia pro dote. Afflic. in deci. ccxx. incip. in causa domini Joannis. col. pen. in. xvj. Afflic. in decis. cclxv. incip. illustrissime do. Bax. col. iiij. in. xxij. vbi loca concord. Bene facit quia statutum loquens de capiendis debitoribus non comprehendit doctores legum seu medicine, vel eorum filios, etiaz si essent clerici, non obstante aliquo priuilegio, vt per Marbe. in no. lix. incip. no. q legum.

Quod autez ista statuta non comprehendant nobiles nisi de eis mētionem faciant expressam, probo ex ipsismet statutis. Quia inferius in eo. statuto in ver. quas penas extendimus, dum imponitur pena recipientibus cessiones dignitatū a plebeis, subdit, etiam si tales nobiles fuerint. Ecce hic casum expressum in statuto, q statuentes non comprehendunt nobiles per generalem verborum expressionem, nisi expresse mentionez faciāt. Nec est dicendum non licere hanc interpretationez facere, q

15 respon. q ita debet fieri. Quoniam iure cauetur, † q vnum statutum declarat, ⁊ interpretatur aliud, vt per Bal. in. l. omnes populi. ff. de insti. ⁊ iu. Soci. in ɔsi. cxvj. incip. in presenti. col.

16 pen. ad fi. in. iiij. volu. † Et vna pars legis interpretatur aliā. l. verum. ⁊ ibi Bar. Bal. ⁊ Ang. ff. de peri. here. l. quemadmodum. ⁊ ibi Bar. in. §. hec verba. ff. ad leg. aquil. cum concor. vt per. Jas. in. l. qui filiabus. in princ. ff. de leg i. Deci. in. l. si quis iniquum. §. hec pena. ff. quod quisq̄ iu. Ancha. in repe. c. canonum. fol. lxxiiij col. j. sub ver. queritur etiam Bal. de consti. Deci. in. c. j. col. xvij. in med. ver tertio hic. de proba. Afflic. in decis. xliiij. incip. de tribus mihi. col. ix. vers. vndecimo inferens. ad verba testatoris Deci. in. l. vnum. col. xiiij. in med. versi. in glo. j. ibi. §. si per. Deci. in. l. j. col. xxxiiij. post princ. versi. tertio. ff. de offic. eius. igitur ⁊c.

Confirmo istam interpretationem, q superius cautum erat non suscipi ad dignitates plebeios, sed tantum nobiles regni, quoz igitur postes statutum prohibeat recipi cessiones dignitatum impetratarum a plebeis necessario intelligendum erat prohibitionem respicere nobiles qui soli erant capaces dignitatum, ⁊ nihilominus statutum dicit etiam si essent nobiles. Istud est apertissimum arg. q statuentes non comprehendunt nobiles, nisi de eis meminerint expresse. In casu primo poterāt dicere, non suscipiantur extranei et si essent nobiles, ⁊ hoc non pōt negari, si igit non dixerunt quū potuerint ergo noluerunt, ista q̄tia est ⁊ pbatur in. l. j. §. finali. C. de cad. tol. Si igit noluerūt nō video qūo nūc velimus interpretari statutū ɔ mētē iunc statuētiū. Verba. n. nō cōprehēdunt nobiles, sensus et deficit q non expresserunt quum potuerint. d. §. finantem. ergo ⁊c.

Confirmo q statuentes noluerūt extraneos nobiles excludere.

17 Quia nos hēmus q † per eosdē modos ɔiecturaf mens statuētium per quos coniecturatur mens testatorum, ita notab. dicit Ange. in consi. ccxxx. incip. Martinus Joannis de Florentia col. ij. ad fi. sequitur Jas. in. l. nemo potest. col. ij. in. xliij. ff. de le

18 ga. j. in. ij. lec. † Sed mens testātoris licz soleat multū attendi. l. in ɔditionibus. ff. de ɔdi. ⁊ de. hoc tñ itelligit qñ testātoris volūtas trāsiuit in dispōnē, non aūt sufficit imaginarie, ita voluisse testatorem casus est, ⁊ ibi Bal. ⁊ Jmo. in. l. qdā quū filiū. ff. de hered. instit. Soci. in ɔsi. lxix. inci. viso testō. in prin. in. ij. vol. Jas. in. l.

si quis quum filium.C.de lib.preter dicens limitari omnia iu-
ra volentia mentem magis attendi q̃ verba Deci.in.l.quum
quid.col.viij.ad fi.ver.in glo.in ver.ff.si cer.pet.in.j.lectu.⁊ in
ij.lect.col.xiij.in.xlij.Deci.in.l non omnis.post princ.versi.⁊
propter.ff.eo.titu.Deci.in.l.semper in stipulationibus.col.j.
in.iij.ff.de reg.iur. Ita igitur dicamus in isto statuto non com
prehendi ex mente eius extraneos si sint nobiles,nisi expressuz
sit,⁊ mens eorum transierit ad dispositionem.

¶ Quarto ꝙ extranei nobiles non comprehendantur posset in
stari,quia qui est extraneus ⁊ est nobilis habet mixturam,quia
19 non est simpliciter extraneus. †Differunt enim ea que sunt ta
lia simpliciter,⁊ que sunt talia secundum quid,quia verba acci
piuntur simpliciter non secundum quid.l.j.ff.de do.can.mort.
l.hoc legatum.ff.de lega.iij.c.maiores.§.item queritur.de bap-
tis. Deci.in.l.velle non creditur.col.j.ver.nonobst.de regu.
iur.Deci.in rub.ff.si cer.pet.col.vj.in.xxj.in.ij.lec.Deci.in.l.
j.col.xxiiij.in fi.in xlv.ff.de offi.eius.Deci.in.l.si idē cum eo-
dem.col.j.ad fi.ver.secundo responderi.ff.de iurisd.om.iudi.
Deci in rub.C.de pact.in fi.Deci.in rub.C.de secund nup.in
prin.Deci.in.l.quanq̃.col.pen.in.xliij.C.qui testa.fac.poss.
Dec.in.l.qui per successionem.ver.ex predictis.ff.eo.tit.De-
ci.in rub.extra de prob.col.xvij.in med.ver.Aret.hic.Unde
20 †statutum imponens penam pecuniariam pro homicidio non
habet locum in parricidio,vt per Ana.in consi.lxiij. incip.pre
supposita cōmuni opin.sequitur Deci.in rub.de probat.extra
21 col.xxx.in med.ver.confirmatur ista. †Quuz igitur istud sta
tutum faciat mentionem de simplici,idest de extraneo non po-
test comprehendere casum mixtum,ita Bar.in.l.ij.in princ.ff.
de verb.oblig.Jas.in.l.titie textores.col.iij.in.xxiij.ff.de lega.
j.tex.in.c.statutum de elect.in.vj.l.vim passam.§.prescriptio-
ne.ff.de adult.Fely.in.c.postulasti.col.xvj.post med vers.ad-
de etiam.de rescrip.doc.Jac.but.in.l.certi conditio.ff.si cert.
pet.sequitur Bal.in consi.cclxx.incip.ad euidentiam.ad fi.in
22 j.volu. †Quia appellatiōe generis nunq̃ venit species que hꝫ
aliquid vltra genus tex.est not.in.d.c.statutum.de elect.in.vj.
not.Abb.in.c.bone.col.j.in.j.not.de postu.prela.non dico in
fauorabilibus,sed in restringibilibus,vt sunt statuta. Ideo di
cit Jas.in.d.l.ij.col.pen.post princ.versi.vltra scribentes.ff.de
23 verb.oblig.†ꝙ quando simplicia sunt contraria inter se impos
sibile est sub simplicibus contineri casum mixtum, vt per euꝫ.
Que autem potest esse maior contrarietas q̃ inter nobiles,et
plebeios,qui denotantur per illa verba extranei?
24 Confirmo quia † si statutum faciat mentionem de ciue simplici
ter,non comprehendet ciuem secundum quid,nisi ratio statuti
ei conueniat,ita Soci.in consil.cxxix.incip.in causa.col.iij.ad
med.ver.tertio responde.in.ij.volu. allegat Bal.⁊ distinguit
vt per eum. Sed ratio statuti Regni Polonie non conuenit
cōtra nobilem extraneuꝫ qui sit qualificatus vir ergo,⁊c.Quod
autem non conueniat,patet,ratio statuti est ne sacerdotia viris
idoneis ⁊ dignis preripiantur a plebeis , vt pꝫ ibi in statuto.
25 Confirmo,quia † statuto prohibente mulierem contrahere sine
consensu propinquorum non comprehenderetur participans de
duplici sexu,quia non est proprie mulier,sed homo mixtus,ita
Bal.in.l.omnes populi.col.xiij.ver.item si statutum dicat.ff.
de iust.⁊ iu.cum concor.vt per Fely.in.c.rodulphus.col.xj.
ad fi.versi.ceterum.de rescrip.
26 Et † facta mentione clerici non veniunt clerici exempti , qr ipsa
qualitas exemptionis alterat naturam simplicis clericatus , vt
per Felyn.in.c.graue.colum.ij.post med.versicu.delegatus.
de officio ordinar.
27 Confirmo,qr † si statutum dicat posse inquiri contra militem,si
sempronius doctor existens delinquat,⁊ sit etiaꝫ miles,non in-
quiretur contra eum propter doctoratum,si per hoc reducere
tur ad terminos iuris cōis , ita Bald.in.l.si quis decurio.ad
fin.C.de fal.⁊ vt dixi in.c.quoniam contra.fol.lxxxvj.in.xliij.de
probat.vbi concord.Ancbar.in.c.j.fol.lxxv.col.iij.versi.ecce
alia.de consti. In proposito propter qualitateꝫ nobilitatis nō
excluderetur extraneus,quum ex hoc reducatur ad terminos iu-
ris communis, vel saltem ad terminos concessionis gratie fa-
cte per Papam.
28 ¶ Quinto ꝙ nobilis non excludatur posset instari,quia† statu-
tum faciens quem inhabilem ad aliquid dicitur penale ⁊ odio-
sum,ita Pau.de ca.⁊ Jas.in.l.si is qui heres.in fi.ff.de vulg.⁊
pup.⁊ fa.it not.per Bellen.in decis.dcclv.incip.si rector.⁊ est
29 decl.pe.col.ij.in prin.ver modo hic.de prebē. †Sed statuta
penalia vel odiosa non extenduntur,sed fit stricta interpretatio
etiam si esset identitas rationis,vt per Jas.in.l.cetera.§ sed ⁊ si
quis.col.iij.in.xviij.ff.de leg.j.cum concord.vt dixi in.l.qui ro
me.§.duo fratres.fol.xj.in.xcvij.ff.de verb.oblig.Quibus ad-
do Belleme.in decis.dccxlvj.incip.licet obseruet.col.ij.in fi.
de proba.vbi multi tex.cum multis que possem allegare. Et
per hanc rationem Corset.recedit a dicto Lap.inferens ꝙ si
alicui statuto fiat aliqua additio,non censet esse repetitum quo
ad additionem quod erat in statuto quo ad penam, ita Corset.
30 in singu.addit.incip.si alicui statuto de quo ibi vide. †Et vbi
imponitur pena priuationis illa nunq̃ imponitur nisi lex exp̄s-
se hoc dicat vt per Bal.in auct.ex testamento.C.de collat per
tex.in.§.sinautem.in auc.de non elig.secun.nub.no Fely.in.c.
translato.col.pen.post med.versi.item vbi imponitur.de con-
stitu. Igitur dum statuta excludunt extraneos non debent ex-
tendi ad nobiles extraneos.
¶ Sexto posset instari,⁊ dico ꝙ si iudicio literatorum, ⁊ alicu-
ius existimationis virorum supradictus nobilis alienigena est
aliqua insigni virtute preditus,ita vt excellere dicatur predi-
31 ctum statutum non excludit eum. Jure enim cauetur ꝙ†pro-
pter valde disciplinatos recedimus a statutis, tex.est valde no
tab.in.l.sed ⁊ reprobari.§.valde disciplinatos.ff.de excu.tuto.
⁊ ibi no.Bal.inferens alias fuisse determinatum minorē.xxv.
annis potuisse habere lecturam ordinariam propter excellen-
tiam,non obstante statuto contrarium volente , sequit Roma.
⁊ Alex.in.l.quū quid.ff.si cer.pet.⁊ ibi Deci.col.xj.in.xxxvj.
in.ij.lectu.Jas.in.l.iubemus.in fi.C.de iudi.vbi aliqua similia,
dicens nota dignum,Cepo.in.l.si contra.col.iij.in.iij.no.C.de
vsu.a.pro empto.ponens expresse ꝙ propter sciētiam magnā
seruantur in aliquo duo specialia scilicet ꝙ habeat priuilegia,⁊
in sua patria,⁊ in aliena vltra determinatum numerum, allegat
Nic.de neap.in.d.l.sed reprobari.⁊ tex.in.c.de multa.de pre-
bend.vbi dispensatur propter doctrinam,vt quis habeat duas
parrochiales,Fely.in.c.canonum. col.xiij.in med.in.xlix.de
constitu.cum concord.vt per eū.Fely.in rub.de maio.⁊ obed.
col.j.ad fi.ver.scolaris.vbi concor. Fely.in.c.clerici. col.j.in
fi.ver.nota etiam.de iudi.⁊ Cepol.in.d.l.si contra.ā allegata,
32 † ponit ꝙ propter insigne artificium debet quis a morte libera
ri per text.in.l.ad bestias.ff.de pen.⁊ eadem reperit Cepol.in
cautel.ij.incip.quando aliquis,dicens liberasse quendam Fer
rarie propter peritiam in ludo ensis,⁊ limitat vt per eum in.d.
l.si cōtra.col.iiij.ver.⁊ idem est. Et est rationabile,vt propter
scientiam fiat transgressio quia propter ignorantiam idem fit.
33 †Doctor enim ex studio veniens cum priuilegio doctoratus
debet denuo examinari,⁊ repertus indoctus reprobari, vt per
Fely.in.c.ex literis.col.iij.in prin.ver.⁊ adde.de constit.ele-
gans loca ⁊ ponens idem de doctore inutiliter legente scolari-
34 bus. †Et propter eminētem sciētiam laicus purus potest eli-
gi in episcopum,vt per Fely.in.c.clerici.col.pen.in fi.de iud.
per tex.in.c.statuimus.§.his omnibus.lxj.distin.
¶ Septimo posset instari,⁊ considero proemium statuti,quod
est introductum odio plebeiorum,⁊ fauore virorum literatorū,
⁊ eorum qui sunt idonei,vt clare dicit proemium. Quum itaq̃
35 † ex prohemio colligatur causa finalis disponentis, vt est tex.
melior de iure in.l.fi.ff.de here.insti.⁊ ibi Bar.Bal.⁊ alij cuꝫ
concor.vt dixi in.c.quero cōtra.fo.liiij.in.xxxiiij. extra de p̄ba.
Si iste nobilis non est plebeius,⁊ est qualificatus vir , non ex-
cluditur a statuto,quia iure cauetur ꝙ cessante causa prohibi-
tionis cessat prohibitio.l.quum tale.§.falsam.ff.de condi.⁊ de-
monstr.not.Soci.in consi.ccxxvij.incip.presens consultatio.
col.viij.in med.versi.confirmatur.in.ij.volu.
¶ Octauo posset instari.Licet iste nobilis non sit vere indige-
na Polonie,attamē cōsiderato proemio statuti fauēns viris
literatis,si est vir literatus,⁊ per papaꝫ habilitatus ad idioma
36 non excluditur a statuto,†quia statutum loquens in casu vero
habet locum in casu ficto quando est eadem ratio.l.gallus.§.⁊
quid si tantum.⁊.§.ꝙ si is.ff.de lib.⁊ posthu.vbi not.Bald.⁊
Alex.in dispu.incip.sigismōdus.col.lxvj.ad med.ver.nō ob.
⁊ col.liij.in med.ver.item confirmatur.vbi tex.concor.
¶ Nono posset instari,⁊ dico,non obst.si diceres lꝫ sit idoneus
vir nobilis iste est tamen extraneus qui excluditur,qr respō.ꝙ
in isto sunt due qualitates,vna idoneitatis,que a statuto appro
batur,⁊ fauore est a statuentibus insignita,alia qualitas extra-
37 neia statuto reijcitur. Tūc succedit conclusio†ꝙ qñ in perso
na vnius concurrunt due qualitates,⁊ respectu vnius resultat
dispositio affirmatiua,respectu alterius prohibitiua,attenden-
da est affirmatiua quo ad verificationem dispositionis, ita not.

Deml.

Beni.in.c.statutum.§.quum vero per glo.ibi in ver.eiusdem ciuitatis.col.pe.ver.no.ex ista gl.de rescri.in.vj.

Confirmo per tex.in.l.j.§.veteres. versi.si ex parte.ff.de acgrë.
38 pos.vbi† seruus licet habeat qualitatem negatiuam vt agrere non possit res hereditarias,tamen q habet aliam permissiuã, idest q legatus liis preualet in dispositione,⁊ potest aliarũ rerum hereditariarum possessionem acquirere,⁊ ibi expresse no. Soci.in.iij.no.q magis attenditur permissio q̃ phibitio.

Confirmo ẽt,nõ est dubium, q ista qualitas,vt viri idonei admittantur,que est in statuto, dicitur fauorabilis ,tunc succedit
39 cõclusio,quod† qualitas permissiua si est fauorabilis preualet prohibitiue,casus est in.l.si quis in graui.§.verum. versicul. hi quoqz.ff.ad sillania.vbi alienatus erat seruus cum pacto,ne posset alienari,ecce qualitatez prohibitiuam,qualitas autem pmissiua est,vt seruus qui mortem domini detexerit adipiscatur libertatẽ ex senatusconsulto sillaniano,si talis seruus detexerit mortẽ domini non obstante,qualitate ⁊ pacto prohibitiuo,liber efficitur,q est fauorabile,⁊ q qualitas est conformis originali statui in quo omnes liberi nascebantur igitur preualet ista qualitas idoneitatis illi qualitati alienigene,q permissiua qualitas est conformis originali statui in quo de iure admittuntur viri idonei etiam alienigene,⁊ q est fauorabilis vt patet.

40 Hinc est q† is quis promiserit inimicũ non offendere, si tamen postea inimicus exbanniatur ⁊ ex statuto vel alias liceat eũ offendere,ista qualitas permissiua attenditur,q fauorabilis, nec punitur propter trãsgressionem pacis fracte. ita Areti.in.l.q seruum col.j.in fi.ver.nec ob.ff.de ver.oblig.

Confirmo,quia presupposito q statutum prohibitiuum vel inhabilitans aliquem dicatur penale ⁊ odiosum vt per Paul.⁊ Jas.in.l.si is qui heres in fi.ff.de vulg.⁊ pup.succedit conclu-
41 sio,† q qñ sunt due dispositiones repugnantes seruatur ⁊ prefertur illa cuius ratio est fauorabilior,ita Bal.in.l.hac consultissima. col.j.ad fi.C.q testa.face.pos.sequitur Jas.in.l.tutie textores.col.v.in.xxxiij.ff.de leg.j.dicens esse valde notan.

42 Et† q attendatur qualitas que est magis fauorabilis non autem odiosa est doc.Barto.in extrauag.ad reprimen.in ver.nõ obstãtibus,colum.pe.sequitur Jas.in.l.j.§.j.col.pe.in fin.in.xij. post Roma.ibi.ff.de ope.no.nunc.

¶ Decimo posset instari,⁊ considero q in statuto edito p Serenissimum Regem sigismundũ,cuius copia est auscultata p Joan.vincentio clericum Gneznen.non fit mentio q a Leone. x.fuerit cõfirmatum istud statutum,sed solum a Clemente.vij. ⁊ in ista confirmatione non apparet de exclusione exterorum,sz de impedientibus facultates ordinariorũ. In copia vero statuti editi per Serenissimos Joann.Albertum , ⁊ Alexandrum Reges in quo est prohibitio exterorum non est alicuius pape confirmatio,⁊ illa copia non est auscultata per notarium aliquẽ ita vt possit ei credi,igitur statutũ nullum sine confirmatione, pape.Sed dato q sit confirmatio,non curo,ex infradicendis, volui tamen aduertere circa istas,copias transmissas ad me p Reueren.d.Archiepiscopum Gneznen.

43 ¶ Undecimo pro corroboratione supradictorũ allego q† statuta disponentia de non admittendis in collegium doctorum nisi sint ciues originarij,vel nisi habeãt certas alias qualitates sunt benigne ⁊ non rigide interpretanda,ita Bal.in ↄsil.relato per Jas.in.l.hmõi.§.legatum.col.pe.ad fi.ver.versi. secundo.ff.de leg.j.dicentem q in consulendo multum est solitus allegare illud.Qua decisione stante,istud statutũ quod est,quasi intermis debet benigne interpretari , nec est admittenda adeo exacta rigiditas,immo tanquam odiosum debet restringi,⁊ interpretatio pro admittendo extero viro idoneo extendi tanquã fauorabilis dispositio.

44 Non omitto etiam q† statuta vetantia posse esse canonicum nisi sit nobilis non valent ,⁊ non nocent ignobili virtuoso ita Abbas in.c.venerabilis.per illum tex.de preben.sequitur Felyn.in.c. super eo.colum.ij.in princip.in ver.secunda qualitas. de testi.

¶ Duodecimo audio esse statutum in regno Polonie q incole regni habeantur in omnibus,⁊ per omnia pro ciuibus polonis,si hoc esset verum statutũ istud non excludit istum nobilẽ
45 tunc quum erit incola,q iure cauetur q† stante statuto predicto incola est verus ciuis actiue ⁊ passiue. ita Ange.in.l.ij.§ furiosus.per illum tex.ff.de iur.codici.cum concordan.vt dixi in rubri.ff.sol.mat.fol.viij.in.xcvj.

46 Hinc est q stante predicto statuto† si aliud statutum dicat non posse creari priorem in ciuitate nisi sit ciuis originarius, ⁊ aliquis forensis recipiatur in ciuem in omnibus ⁊ per omnia poterit eligi prior ita Bald.in.l.omnes populi.col.pe.in med. versic.sed pone statuto.ff.de iust.⁊ iur.sequitur Jas.in.l.si rusticus colum.pe.in fi.C.de test.milit.⁊ posui concord.in alleg.ij.inci. presupposito.col.xij.in.xc.in.j.par.

Si igitur nobilis iste quum erit incola petet suscipi ad locum sibi concessum per Papam,non censetur excludi a statuto.pro hoc allego nota.consil.Pani.consil.cccxj.incip.videtur q dicta sententia,vbi dicit q† si statutum prohibet non ciuem eme-
47 re immobilia in loco sufficit q aliquis sit ciuis tempore traditionis,licet non fuerit tempore contractus.sequitur Fely.in.c. quum adeo.colum.j.in me.ver.destinato. de rescri. vbi alleg. decisiones ⁊ est tex.not.in.l.j.in fi.ff.de bon.pos.ex testa.mili. vbi dicitur,si quis ex alio numero translatus sit in alium,q̃uis ⁊ hinc exemptus sit ⁊ illo nondum peruenerit ,iure militari testatur.est.n.miles q̃uis in numero non sit,ideo dicit gl.in.c.proposito,ver.pergat.xxxij.questio.v. q q pergit de vna militia ad aliam iure secunde militie censetur.

Nec ob.si dicatur non erit nobilis polonus,licet sit nobilis, q respõde per ea que.s.dixi.ver.duodecimo.⁊ etiam quia quum erit incola regni poterit dici eum esse nobilem polonum. Sicut in
48 simili videmus q† statutum faciens mentionem de domo mea verificatur in domo per me possessa licet dominium vel proprietatem eius non habeam ita Paul.⁊ Jas.in rub.ff.de ope.noui nuncia.per tex.in.l.j.in prin.⁊.§ pretor ait cum seq.ff.ne.uis fiat.⁊ ibi Paul.infert q statutum loquẽs de domino fundi verificatur in vsufructuario. igitur eodem modo statutum loquẽs de nobili polono habebit locum in alio nobili,qui tamen, quo ad vsufructum,(vt ita dicam) sit incola regni polonie.

49 Confirmo,q †priuilegium concessum ciuibus trahitur ⁊ extẽditur ad incolas,ita concludit eleganter Bar.per plures rõnes in tracta represal.in.j.qõ.v.q.princip. sequuntur Paul. Ang.Aret.Ancb.relati per Soci.in consil.cxxix.inci. in cã que,colum.ij.in me.ver.tertio respondetur in.j.vol. vbi ponit q quicquid disponitur de ciue habet locum in incola propter omnimodam similitudinem rationis argumen.nota.in.l.ciues .C.de appellationib.

Ex his sequitur q etiam si non extaret statutum parificans incolas ciuibus,propter incolatum a iure parificantur,igitur non video quare excludatur nobilis iste si erit incola,⁊ tunc quum erit incola petens suscipi ad dignitatem. Licet.n.nunc sit alienigena,tamen quũ erit incola non erit extraneus,⁊ debebit susci-
50 pi . Pro hoc allego, quia† stãte statuto q petitiones bannitorum non debeant audiri si quis bannitus tempore banni contraxit ⁊ fuit deceptus,si postea tempore quo non erit bannitus velit in iudicio experiri,nõ repelletur,q tempore quo petit non est bannitus.ita Jo.an.in addi.spec.in titu.de emp. ⁊ vend.§. nunc.dicendum col.ij.ad me.in addi.incip.libellus iste,sequitur Socin.in consil.xliij.incipien. subtiliter post princip. in vij.in.iiij.volumin.

51 Hinc est q† si statutum velit non valere sententias collateralis nisi sit doctor legum ,sufficit q sit doctor tempore ferende sententie,licet tempore facti processus non sit doctor , ita Bald. in.l.precipimus.§.fi.per illum tex.C.de appel.sequitur Jas.in.l. ex facto.col.ij.in.xj.ff.de vulg.⁊ pup.

Infertur ex hoc q licet tempore phibito origo alicuius iuris mihi competat ,si tamen exercitium iuris illius confero ad tẽpus non prohibitum,vtiqz possum, nec obstat mihi exceptio temporis quo tale ius ortũ est . igitur non obsit huic nobili q tpe habite gratie a papa sit extraneus,dummodo tpe quo voluerit
52 suscipi sit incola,† quia incola de iure equiparatur ciuibus veris arg.no.in.l.ciues.C.de appel.⁊ per Soci.in consil.cxxix. col.na.ij.in med.in.j.volumi.

Confirmo,q actus qui exercetur in loco minus habili si eius effectus confertur in locum habilem valebit.l.fi.ff de offi. prefe. vrb.l.omnes.§.si apparitor.C.de episco.⁊ cleri.not.Maria.in tracta.de citatio.colum.xciij.in fi.ver.alia vero fuit. Anch. in c.postulasti.colum.xiij.post princ.ver.in contrarium. de foro
quod in primo iudicio non fuit deductum, & hec est propria
rescripti virtus, quibus tamen reiectis iura voluerunt sic mo-
to per sententiam non labefactari causam est in cap. ex parte. de
arbitr. vbi videndum.
Immo dico plus, si iura abhorrent versari ea que per sententiā
terminata sunt, nisi exprimantur, etiam si fundamentum iuris
impetrantis aliunde ex rescripto pēdeat, a fortiori debent ab-
horrere, vt per dolosas cauillationes post sententiam, non solū
deducatur in iudicium, & aperiatur iudicium de nouo, sed etiā
ius fundamentale in negocio impetretur in preiudicium illius
qui habuit sententiam. Et istud fundamentum est, verum sicu
ti Deus est Deus.
Et probatur naturali ratione, quia si cui iter prohibetur multo
magis iter cum armis ad offendendum prohibetur.
Dico igitur, sicuti iura prohibent impetrari rescripta contra ne
gocia terminata, nisi de eis fiat mentio, ita etiam prohibent, &
multo fortius impetrari rescripta, per que nedum deuenitur ad
iudicium, sed etiam impetranti ius acquiritur contra semel iu
dicatum, quia quod non posset directo impetrare impetraret per
indirectū contra tex. in c. quum quid vna via. de reg. iu. in. vj.
14 † Hinc videmus, ꝙ si quis prohibetur excipere, censetur etiam
prohibitus agere, si per talem actionem deueniret ad exceptio
nem, ita Baldus in additione Specu. in titulo de arbitr. vers.
sicut. sed quid si statutum. sequitur Socinus in consilio. ccxcix.
incipien. cupio primum. colum. final. in medio. versiculo secun
dum. in secundo volumi.
15 † Similiter quum seruus sit prohibitus ea que sunt iuris facere
§. sed quum factum. institutis de stipulatio. seruorum. censetur
etiam prohibitus posse ea que sunt facti quando ex tali facto se
quitur ius tex. est in l. quod seruus. ff. de acqui. pos. not. Soc.
in l. j. § municipes. § j. ff. eo. tit.
Nec obst. si dicatur ꝙ pape intentio fuit derogare omnibus pē
sionibus etiam iuratis, quia respondeo ꝙ istud propositum
fuit in mente retentum, & nihil debet operari. capitu. j. in versi-
cu. licet voluntatem habuerit, & ibi glos. & Abba. de eo qui mit
tit in possessionem. Presertim quum ante istam declarationē
sit res iudicata pro Francisco non obstante breui & exceptio.
16 Nec sufficit voluisse nisi ad dispositionem sit processum. l. quis
dam quum filium. vbi Baldus, & Imol. ff. de heredibus insti-
tuend. & per illum textum limitantur omnia iura mundi volen
tia magis attendi mentem ꝙ verba, ita inquit Ias. in l. si quis
filium. C. de liber. preter. igitur &c.
Preterea stante re iudicata contra primum breue ꝙ istud sit
nullam vim habens, allego in terminis Abb. in c. ex parte. ij. j.
in. viij. not. per illum tex. de priuile. vbi ponit verba formalia.

no tribuit, ⁊ ideo si primum priuilegium potest probari falsum, secundum corruit, etiam si fuit innouatum ab habente potestatem de nouo cõcedendi, quia in dubio non videtur velle de nouo concedere, sed ius antiquum si quod competebat confirmare, vt hic in fi. ⁊ in. c. quum dilectu. de confirma. vti. vel inutil. Igitur probata re iudicata contra primum breue probatur ⁊ contra secundum confirmatorium, quum ex eadem radice prodeat.
18 Vlterius istud breue emanauit ad instantiam fratrum, † ergo intelligitur si vera sunt narrata. c. ex parte. ⁊ ibi Dec. post Abbat. in. ij. notab. de rescrip. Sed quum dixerint in breui, dubitari ab aliquibus an comprehendantur pensiones iurate, falsum expresserunt, quia iam erat sententiatum, ⁊ erat super isto articulo res iudica. ergo non erat dubium aliquod, quia res iudicata pro veritate habetur. l. ingenuum. ff. de statu hom. l. res iudi
19 cata. ff. de regulis iuris. † Immo res iudicata facit de falso verum, ⁊ de abusiuo facit rectum, vt per Bald. in. c. nihil est. column. ij. ad med. versi. item not. de elect. ⁊ facit de non vero verum vt per Bal. in. c. quum causam. colum. fin. in fi. de probat. igitur propter istam falsi suggestionem debent carere impetratis, ita tex. in. c. super literis. de rescrip. quia debuerant dixisse certum esse non comprehendi iuratas pensiones, attentare iudicata. Nec obs. si dicas res iudica. est super vno termino, quia de eo etiam debebat fieri expressio pape. Vltra supradicta, ꝙ expresserint falsum dicendo rem esse dubiam, probatur ꝙ quasi sit regula ⁊ decisio in corpore iuris clausa, non comprehendi obligationes iuratas in dispositione quantumuis generali, vt probatur in. c. constitutus. de rescrip. cum sim. Tunc incedit
20 conclusio, † ꝙ non dicitur esse dubium de quo est regula iuris licet sint aliqui casus excepti, ita dicit not. Bar. in. l. quoties. ff. si quis cautio. sequitur Iason. in. l. cetera. columna prima. in fin. ff. de legatis primo.
21 † Allego etiam per declaratoriam ⁊ rem iudicatam contra exceptionem, ⁊ contra breue est quesitum ius Francisco, igitur secundum breue confirmatorium etiam si esset ex certa scientia non preiudicaret, nec confirmaret in preiudicium tertij, idest Francisci, vt per Deci. in. c. sua nobis. column. penul. in fi. versicu. ex cuius. de confirmat. vtil. vel inutil.

Et ad hoc fac. regula cancellarie volens per quascunque literas nunquam tolli ius quesitum tertio.

Vlterius ex productione primi breuis non est dubium super retentione ortam esse controuersiam, ⁊ quesitum esse ius Franci
22 sco, sed de iure est † ꝙ quando ex productione libelli est quesitum ius aduersario non potest producens in preiudicium aduersarij emendare tex. est not. in. c. ab eo. de elec. in. vj.

Accedit etiam ꝙ verba posita in executiuis non immutant naturam principalis narrati, tex. est not. in clem. j. de preben. igitur verbum additum de pensionibus iuratis non immutat exceptionem iam propositam ⁊ elisam, quia est eadem exceptio.

Et licet videatur fortior exceptio ista, quam illa prima, tamen quia non differt nisi in plus ⁊ minus, ideo non dicitur differre ab illa prima, quia quod est secundum plus ⁊ minus non dicit dif
23 ferre specie. l. si. ff. de fund. instru. † Vnde dicitur, illud quod reducitur ad aliud censetur idem cum illo, vt not. Alexã. in. c. omnis autem lex. in med. iij. distin.

Immo ꝙ ista exceptio sit eadem cum illa que fuit primo opposita, moueor, quia idem dicitur esse illud in quo non mutatur res persona, vel causa licet aliqua qualitas vel accidentia alterentur, ita expresse Lap. in alleg. lxxvij. incip. tabellio. col. penul. post med. ver. premisso. alleg. l. proponebatur. ff. de iudi. Sed hic est eadem exceptio, eedem psone, eedem causa, ergo ⁊c.

Nec obst. si dicas ꝙ retentio pensionis iurate non fuit intentata, quia respond. ꝙ istud est quedam quantitas, que non alterat fa
24 ctum, idest exceptionem, ⁊ ideo succedit conclusio, † ꝙ absolutoria lata in actione, parit exceptionem rei iudicate, si iterum eadem actione cum additione alterius quantitatis agatur, ita expresse text. nota. in. l. in delictis. §. fin. incipien. si detracta. ff. de noxali. ⁊ ibi Bartol.
25 Hinc dicit text. in. d. l. proponebatur. in fi. ff. de iudi. † ꝙ eadem res est cuius rei species eadem consistit, sed exceptio in plus ⁊ minus est eadem specie. l. si. ff. de fun. instru. ergo ⁊c.

Notandum est etiam ꝙ in excludendis exceptionibus finis ad
26 quem proponuntur est potissima consideratio. † Et ideo licet varietur modus agendi, si idem est finis agendi, obstat excep. rei iudicate tex. est in. l. duobus. ff. de excep. rei iudic. not. Abbas in capitulo aduersario in fine, de exceptio. Sed finis illius exceptionis, ⁊ istius presentis est idem, quia volunt retinere medietatem, ergo ⁊c.

¶ Considero etiam vnum, ⁊ dico ꝙ vigore breuis dantis facultatem retinendi semel tantum, fratres non potuerunt nec possunt nisi in primo termino retinere, sed in primo termino propter solutionem factam renunciarunt iuri retinendi, ergo ⁊c.
27 † Moueor, quia verba in dispositione aliqua pro iure restringuntur ad primum actum vel terminum, ⁊ pro prima vice. l. quum pater. §. pater certum. vbi Barto. ff. de leg. ij. l. eum qui calendis. ff. de verborum obligationib. Et ideo si fuerunt vel negligentes, vel ignorantes non potuerunt in alio termino retinere tex. est quasi in terminis in. c. si clericus. de prebẽ. in. vj.
28 † Hinc est ꝙ mandatum de prouidendo de beneficio non comprehendit beneficium nisi primo vacans. capitu. mandato de prebend. in sexto.

Tertio istud fundamentum confirmo propinquius ad terminos
29 retentionis. † Quia si alicui datur licentia retinẽdi duo beneficia, intelligetur ista licentia de duobus primis beneficijs nõ de alijs, ita tex. in. c. non potest. de preben. in. vj. igitur retentio medietatis intelligatur de primo termino. Et si fuerunt negligentes, eis imputetur, vt dicit tex. in. c. si clericus. eo. tit. in. vj.
30 † Quarto confirmo quia si quis habet potestatem eligendi consulem, ⁊ eligat bannitum prohibitum eligi, non poterit amplius eligere, quia siue bene siue male in prima electione consumpta est potestas, ita Alberi. in. iij. part. statuto. questio. xcj. incip. statutum. colum. penulti. ad fin.
31 † Quinto quia si compromittentes dicant ꝙ arbitri possint prorogare compromissum, intelligitur de vna, ⁊ de prima prorogatione, vt per Baldum in. c. fina. colum. iij. ad finem. versicu. si autem. de consuetudi.
32 † Sexto quia si testator instituit ventrem vxoris sue non videtur posse comprehendi nisi ille qui tunc erat in vtero, ⁊ ideo alius posthumus postea genitus dicetur preteritus, ita Ang. in consilio. ij. incip. simon notarius. col. ij.
33 † Septimo quia si testator relinquat fratribus minoribus in festo sancti Francisci vnam pitantiam, intelligitur de primo festo sancti Francisci, ita Bar. in. l. quum quid. ff. de ann. leg. Bar. in. l. eum qui calendis. ff. de verb. oblig.
34 † Octauo, stante statuto ꝙ in predijs finita locatione intelligatur facta reconductio eisdem qualitatibus, nisi per tres menses ante sit renunciatum, istud statutum intelligetur de prima reconductione, ⁊ non de alijs sequentibus, ita consuluit Alexan. in consilio. xvj. incipien. breuiter in casu premisso. in. iij. vol.
35 † Nono moueor, quia verbum simpliciter prolatum intelligitur per prius, ⁊ non per posterius, vt per Bal. in. l. j. C. de succes. edic. igitur intelligatur de primo termino, ⁊ non de alio.

Decimo ista potestas retinendi est conditionalis, idest postquam persoluerint fratres. ix. millia ducatorum, retineant medietatẽ pensionum, ergo de primo termino, non de alijs, quia dispositio conditionalis intelligitur de prima vice, ⁊ ideo quando promittuntur, vel legantur fructus ex tali fundo, tunc fructibus nõ natis primo anno, vel consumptis non debent ex annis sequentibus, ita Bartol. ⁊ docto. in. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obli. Sed in primo termino medietas est soluta per fratres ⁊ res iudic. igitur extincta medietas primo termino nõ debetur in reliquis.

¶ Redeo ad supra tacta, ⁊ dico ꝙ secundum breue laborat eodem morbo quo primum, quia primo breui renunciarunt fratres per rem iudic. ⁊ per solutionem, ⁊ ad hoc allego Soci. in consil. xxiij. incip. circa predictum. col. vij. in prin. ver. xx. in. j. vol.
36 vbi expresse dicit † ꝙ constitutio declaratoria seu confirmatoria recipit omnes declarationes, ampliationes ⁊ limitationes constitutionis declarate, alleg. glo. vt per eum.

Non ob. si dicatur super isto termino non fuisse ortam rem iud.
37 quia respon. † ꝙ quando vnũ ens diuiditur in plura gratia cõmodioris solutionis, vel culture non desinit esse vnum, ⁊ idem tex. est in. l. gaius. §. j. inci. titius. ff. de leg. j. ⁊. l. plane. la. j. §. fi. ff. de leg. j. vbi pars fundi fundus dicitur, igitur quum sit vnica obligatio super omnibus contentis in instrumẽto verum erit dicere super eodem agi, non super eodem in indiuiduo, sed sup eo
38 dem tanquam super parte totius summe integralis. † Qui enim an rem tangit totum hominem tetigisse vf. l. vulgaris. ff. de fur. ⁊ ibi Trebat. tenuit furem totius aceruj esse qui ex aceruo modium tantum sustulit. Nec ob. ꝙ Vlpianus de equitate aliud sentiat, quia illud est quo ad restitutionem ablati.

Aliter etiam respondeo, quia exceptio fratrum fuit large proposita, tanquam liceret retinere, si in prosecutione restringunt

ad ter-

ad terminum terminum decursum, illud fuit dolosis, ergo obstat
eis exceptio rei iudicate. allego pro hoc tex. que ibi per Bar
39 tol. in l. de rebus. ff. de arbitris. † vbi quando petitio est genera
lis, ⁊ prosecutio specialis maliciose, obstat excep. rei iudi.
40 † Et licet exceptio solutionis, et similes principaliter, ⁊ expres
se extinguant actionem, tamen secundario, ⁊ in consequentiam
inducunt debiti confessionem, vt no. Soci. in l. non vtiqȝ. post
princ. versi. tertio. ff. de excep.
Non inconueniens ergo dicere q pronunciatio fuerit facta ad eli
41 sionem pretensi crediti fratrum, vel retentionis. † Quia vide
mus q licet vnum expresse agatur aliud tamen in consequen
tiam inducitur, iuxta plene not. per Bart. in l. si fideiussor. in
princip. ff. de lega. i.
Preterea q illa exceptio, ⁊ ista nunc sit eadem, considero ra
42 tionem, † quare est inuenta exceptio rei iudicate, scilicet vt sin
gule controuersie singulis actionibus finiantur, ⁊ esset litium fi
nis, ita Socin. post Cuman. in l. singulis. per illum textum. ff.
de exceptio. Si igitur constat primum breue non potuisse ex
tendi magis ad secundum vel tertium terminum, q ad primu,
non video quare iudex non debeat habere illam exceptionem
eandem cum ista, alias esset contra rationem supradictam, ⁊ li
tium nunqȝ esset finis.
Quod ista sit eadem exceptio, ⁊ q fratribus obstet exceptio rei
iudica. allego text. in l. iulianus. ⁊ ibi Soci. ff. de exceptio. rei
43 iudicate. vbi dicit, † nota q identitas questionis, ⁊ personarum
facit q obstet exceptio rei iudicate, nec consideratur identitas
actionis ad idem allegam. l. eadem. ff. eodem titu. Hic est text.
ex quo colligitur q etiam si non esset eadem exceptio, si est idē
titas questionis ⁊ personarum obstat exceptio.
Ulterius secundum breue dependet a primo, igitur obstat exce
44 ptio que obstaret primo breui. † Quia eadem causa, ⁊ questio
dicitur illa que pendet ab alia simul cum illa licet in veritate
concurrat diuersitas causarum, ita expresse Soci. in l. de ea
dem. in fi. per illum tex. ff. de exceptio. rei iudica. ⁊ istum text.
multi facio ad propositum.
45 † Et ideo sententia lata in actione mandati parit exceptionem
rei iudicate si idem petatur actione negociorum gestorum, ita
Soci. in d. l. de eadem. in ij. not.
Allego etiam Soci. in l. iulianus. ff. de excep. rei iud. in ij. not.
46 vbi dicit not. † q vbi plura peti possunt ex eadem causa, si agi
tur ad vnam rem, ⁊ postea ad omnes obstat exceptio rei iudica
te, igitur licet primo sit actum pro vno termino, agendo nunc
ad reliquum debet obstare exceptio rei iudicate.
47 Preterea q ista sit eadem exceptio moueor, † quia sententia la
ta super principali pindicat in fructibus ratio est quia fructus
nati post litem contestatam processerunt ex radice iam victa,
ideo illius naturā sequuntur sicuti habetur in simili de credito
re, vt in l. si mater. in fine. ff. de exceptio. rei iudica. ita expresse
Socinus in l. si quis quum totum. §. idem si quis. columna
penulti. in med. versicu. tertia. eod. titu. Igitur quia ista ex
ceptio procedit ex radice prime contra quam est res iudic. eo
dem iure censeri debet.
48 † Ubicunqȝ vnum dependet ab alio, sententia in vno parit exce
ptio. rei iudica. in alio, puta in fructibus, ita glo. Barto. ⁊ do
cto. in l. ex diuerso. § i. ff. de rei vendi. sed terminus preteritus
cum isto termino ab eadem obligatione, ⁊ ab eisdem literis apo
stolicis pendet, immo in eternum est forma immutabilis, ⁊ po
sterius breue dependet a primo. ergo ⁊c.
Immo quum ista petitio sit eadem in quantitate, ⁊ ex eodem in
strumento, ⁊ ex eadem causa, ⁊ ex eadem ratione, censent vnū
49 ⁊ idem, † quia vbi duo propter vnum vtrobiqȝ semper vnum,
vt not. Bal. in c. ex tenore. colum. pen. post med. versic. item
not. de rescriptis. Et ibi dicit q si sunt due scripture propter
vnum contractum vtrobiqȝ tamen est tantum vnum, idest vnus
contractus. Et ibi in versic. item possunt dici q de vna im
petratione possunt fieri duo instrumēta, quia licet due sint scri
pture vna tamen est realitas. l. vnum. ff. de testamen. quia vnū
est intellectuale. In proposito, licet diuersis terminis solua
tur pensio, vna est pensio, licet enim due sint solutiones, vel plu
res, vna est tamen realitas.
50 † Nec inconueniens q illud quod est essentialiter multiplex sit for
maliter vnum, ita expresse Socin. in rubrica. ff. de vulga. ⁊ pu
pil. column. penul. in princi. vbi exemplificat, si stipulor stichum
⁊ pamphilum licet essentialiter dicatur multiplex stipulatio,
formaliter tamen est vna.
51 † Immo plures dispositiones etiam specie differētes efficiunt
vnum totum, si ad vnum finem referuntur, ita recordor legisse
apud quendam Petrum Crinitum in repeti. rub. ff. de lega.
i. column. xxvij. Igitur quum censeantur vna res non debent di
uerso iure censeri. l. cum qui edes. ff. de vsucap. Et certe reali
tas iudicantis non deberet pati exceptionem istam haberi pro
diuersa ab illa prima, aut pensionem istam haberi pro diuersa
ab illa prima, quum formaliter sit vna pensio, ⁊ forma magis at
tenditur q ratio, vt per Bald. in l. prima. ff. de libe. ⁊ posthu.
sequitur Deci. in capitu. de appellationibus. colum. j. in med.
versi. tertius casus. de appel.
Quod sit eadem pensio, ⁊ idem corpus, confirmo per text. in l.
52 vna via. ff. de serui. rustico. predio. vbi dicitur, † vna via est ⁊ si
per plures fundos imponatur, ⁊ per vsum in parte retinetur
seruitus tota. igitur licet in pluribus terminis soluatur, vna ta
men pensio est, ⁊ est locus exceptioni rei iudicate.
Considerandum est q fratres producto breui protestati sunt vel
le informare super validitate eius, ⁊ iudex bene scit quātum la
borarunt, ⁊ frustra.
Ulterius est in terminis text. ⁊ ibi Paul. de cast. in l. si quis
quum totum. §. ⁊ generaliter. ff. de excepti. rei iudica. vbi dicit
53 Pau. ibi esse text. per quem melius probatur q alibi, † q ibi
dicitur eadem causa quando id quod decisum est in prima sen
tentia, venit disceptandum in secundo iudicio, etiam si agatur
ad diuersam rem, ex quo secundum eum infertur notabilis de
claratio ad. l. quum queritur. ff. eodem titulo. ⁊ hoc sequitur
Come. in consilio centesimo vigesimo sexto. j. columna finali. in
quarto volumine.
Confirmo, per notata per Bartolum in l. si seruus. §. bene. ver
54 sicu. sed contra. ff. de conditio. fur. vbi dicit, † q licet res sint di
uerse tamē si vna est de alia, fingitur eadem ⁊ obstabit exceptio
rei iudicate, quanto magis censebitur eadem pensio, quum in
rei veritate ita sit.
Et q sit locus exceptioni rei iudica. etiam si non agatur stricte
super eadem re, allego text. in l. ⁊ an eadem. in secundo respon
55 so. ff. de exceptio. rei iudica. vbi dicitur. † Idem corpus in hac
exceptione late accipitur, etiam si sit corpus non vtiqȝ pristina
qualitate, aut quantitate nulla adiectione diminutione ve facta
⁊ hoc pro communi vtilitate, vt litium sit finis, ita tex. ibi, ⁊ gl.
56 Confirmo per textum in l. egi. ff. eodem titulo. † vbi dicitur, si
egi tecum ius mihi esse altius tollere ad decem pedes, postea
ago ius mihi esse ad viginti pedes, obstabit exceptio rei iudi
ca. primo obtenta contra me, ⁊ idem si ad alios decem denuo
agam supra illos decem igitur res iudica. super duca. le. eius
dem pensionis non retinendis obstet excipienti super alteris eis
dem, quia si succubuerunt fratres in primo termino debēt, ⁊ in
secundo, sequenti. Et istum tex. multi facio pro hoc.
Confirmo, proprietas differt ab vsufructu toto titulo. ff. de rei
57 vendicatio. ⁊ ff. de vsufruc. † ⁊ tamen si quis fundum petierit ⁊
succubuerit, deinde vsufructum petat obstabit ei exceptio quia
ex ea causa vsufructum petit ex qua fundum, tex. est in l. si cum
argentum. §. si fundum. ff. de exceptio. rei iudicate. Sed pri
ma exceptio, ⁊ ista est eadem causa, quia dicunt retinere lice
re, ergo ⁊c.
Allego etiam Paulum de cast. in l. qui rome. §. duo fratres. in
primo notabili. ff. de verborum obligation. ⁊ ibi eum sequitur
58 Iaso. col. prima. in quinto. dicens, † q re iudicata super nego
cio principali existēte non potest in alio iudicio in quo agitur
ad penam, ⁊ sic ad diuersum, intemari exceptio alias intentata,
etiam si iniuste fuisset primo pronunciatum. Si igitur res iu
dicata super fideicommisso repellit agentem super pena que
est quid diuersum, multo magis repellet excipientem eodem
iure, ⁊ super vna mete pensione ex vna obligatione depēdente.
Et licet non fuerit pronunciatum super non iure retentionis, ex
presse tamen verum est pronunciatum esse. Moueor, in simili,
59 † quia sententia dicitur lata contra ius non solum quando est
lata contra verba expressa iuris, sed etiam quando lata est con
tra mentem, ita not. mirabiliter Abb in c. ex parte. per illum
text. de capel. mona. repetans bene notandum, ⁊ sequitur Ias.
in l. qui rome. §. duo fratres. column. xx. in lit. ff. de verbo. obli
gatio. Igitur res iudicata contra mentem fratrum volentium
retinere, est res iudicata contra potestatem retinendi, de quo
in breui.
Et hoc suadetur quia iudex non dixit reseruato iure excipiendi
60 in alijs terminis, † que reseruatio etiam non potuisset fieri, quia
quando fit debet fieri ex causa, vt per Alexand. in consi. lxxv.
inci. causa ⁊ lite. col. j. in prin. in. vij. vol. ⁊ ibi quando est causa

61 Bene fac. quod solemus dicere † ꝙ in dubio exceptio intelligi
tur facta sm naturam rei exceptuate, ⁊ ideo qui excipit edifi-
cium censetur excipere quamlibet eius partem, ⁊ sic solum cū
superficie, quia edificium constat ex solo. ⁊ superficie. l. eum q
edes. ff. de vsucap. ita Jas. in. l. si fundum sub conditione. §. qui
fundum. col. pen. post prin. in. vj. ff. de leg. j. Igitur fratres ex
cipiendo censentur deduxisse omne ius quod ex illo breui po-
tuit eis prodesse ad probandum licere eis retinere.
Et ꝙ illa ⁊ ista sit eadem exceptio, ⁊ reiici debeat allego text. in
62 l. item parte. ff. de excep. rei indic. † vbi qui habet rem indica-
super parte fundi petita si postea communi diuidundo vel fa
mi. herc. agatur obstabit exceptio. ⁊ tamen sunt diuersa.
Considera etiam quia exceptio est libellus excipientis, quia re-
63 us excipiendo dicitur agere. l. j. ff. de except. † sed si actor agat
ad hominem generaliter, ⁊ succumbat, ⁊ deinde agat, quia pre-
tendat suum ex testamento, obstabit ei exceptio rei iudicate. l.
si mater. §. denique. ff. de exception. rei iudicate. igitur idem di-
camus in excipiente generaliter non restringendo se ad vnum
terminum.
64 † Videmus etiam ꝙ sentētia generalis parit exceptionem ēt
in non prosecutis, si tamen sunt appenditia prosecutorum text.
est in. l. si quum ibi. ⁊ ibi Bar. ⁊ omnes C. de iudi. Sed iste
terminus est de appenditijs pensionis debite, ⁊ ista exceptio
est exceptio appenditia prime, ergo ⁊c.
Posito ꝙ fratres non deduxerint exceptionem generaliter ad
omnes terminos, istud non potest aliunde esse nisi malitiose, vt
Franciscū pluribus iudicijs vexent, ⁊ vt omnes terminos liti-
giosos reddant, ergo ista exceptio secundum eos restricta, non
65 prodest eis moueor, † quia sententia generalis lata super peti-
tione generali si prosecutio fuit specialis, omissis alijs malitio-
se, vt aduersarium pluribus iudicijs vexet, tunc sententia non
restringitur ad prosecuta, sed generaliter in omnibus preiudi-
cat, ita expresse Jas. in. l. licet. in med. versi. limita C. de iudic.
igitur res iudi. obesse debet quo ad omnia fratribus qui dolo-
se non sunt omne ius prosecuti, vt Franciscum omnibus termi
nis vexent. Consideretur bene ista ratio quia stringit.
Judicio meo impossibile est omnes terminos pensionis obno-
xios esse, aut fuisse retentioni asserte, ratio, quia vnicus termi-
nus precise absorbebatur, ⁊ per vnicum terminū erat locus im
plemento breuis. igitur attenta equalitate obligationis omniū
terminorum, quod iuris fuit in vno idem in omnibus scilicet vt
victoria in vno censeatur in omnibus sequētibus victoria, quia
vbi est eadem ratio ibi est idem ius. l. a titio. ff. de fur. Sed da
to non concesso ꝙ omnes termini essent obligati fratribus do-
66 nec fieret retentio medie pensionis, Dico ꝙ † quum in exce-
ptione simpliciter exceptum sit non allegata causa vnius ter-
mini, omne ius in retinendo deductum censet ad hoc alle. tex.
in. l. fi. incip. si ex multis in fi. C. de anna. excep. ⁊ per illum tex.
glo. si hominem in. l. si mater. §. denique. ff. de excep. rei indi. di-
67 cit † exceptionem rei iudicate in omnibus alijs nocere, quan-
do in opponendo vel agendo dixit sibi debitum, non allegata
causa, not. Spec. in tit. de lib. concep. § iuxta propositionis. co
lum. j. versi. item not. Sed fratres non expresserunt excipere
ad illum terminum tantum, ergo omne ius deduxisse censentur
etiam in futurum. Et hoc est rationabile, quia omnes termini
sunt equales in quantitate ⁊ totali equalitate, nec potest dari
ratio, quare magis in alio termino potuerit eis cōpetere retē
tio, ꝗ̃ in illo primo, igitur vna determinatio determinet pari-
formiter omnes terminos, argumen. l. iam hoc iure. ff. de vul-
go. ⁊ pupilla.
Alterius, fratres in exceptione non expresserunt magis vnum
terminum eis deberi ꝗ̃ alium, sed simpliciter licere eis retine
re mediam pensionem, ergo res indic. obest eis generaliter ēt
68 in non prosecutis. moueor, quia videmus † ꝙ qū actor egit non
prosecutus aliquibus speciebus sententia in omnibus preiudi-
cat, quum non possit fieri restrictio ad prosecuta, ⁊ ei imputan
dum est qui ita large egit, ita Bald. ⁊ Jas. in. l. licet. in fi. C. de
iudic. limitando illum text. igitur idem dicamus de reo exci-
piente indeterminate, vt res iudicata. Et exceptione vaga etiā
sequentia iudicia afficiat.
Allego etiam text. in. l. si mater. §. eandem. in princip. ff. de ex-
69 ceptio. rei iudi. vbi dicitur † eandem causam facit etiam origo
petitionis, sed istius exceptionis eadem origo est, ergo eadem
causa, ergo obst. exceptio.
70 † Ideo videmus ꝙ quando quis generaliter deducit ius non
adiecta causa, qualecunque ⁊ vndecunque dominium acquisitum
habuerit vendicatione prima in iudicium deduxit, ita tex. in. d.
§. eandem. in fine. ⁊ glos. in. l. duobus. ff. eodem titulo. igitur
idem dicamus in deducente exceptionem generaliter non ex-
presso magis vno termino ꝗ̃ alijs.
Nec obst. si diceretur satis expressit respondendo agenti super
illo termino, quia procederet quando retentio esset in summa
continente aliquid vltra summam in primo termino contentā.
sed exceptio ⁊ retentio non extenditur vltra ducato. quinqua-
gintaquinque petitos, ergo omne ius tunc censetur deductum
et extinctum.
Notandum etiam ꝙ ista retentio fratrum est actio fundata in
71 breui pape. † Sed quando quis in rem agit non expressa cau
sa ex qua agit omnes cause vna petitione comprehēduntur, ita
textus in. l. ⁊ an eadem. §. actiones. in fine. ff. de exception. rei
iudicate. igitur exceptio fratrum censetur omne ius secum de-
duxisse.
72 Bene fac. text. in. l. si inter me. ff. eodem titu. vbi probatur † ꝙ
eo ipso quod fuit pronunciatum pensionem mihi deberi, fuit
etiam pronunciatum retentionem non competere fratribus.
73 Quando querimus an sit eadem res inspicimus causam pro-
ximam. l. quum de hoc. ff. de exception. rei iudicate. ⁊ ibi glos.
exemplificat causam proximam esse, quia emi a titio, remotam
esse, quia mea. Sed in prima exceptione fuit expressa causa re
mota, dum dixerunt, non teneri, quia retinere poterant, ergo
succumbentes in remota non expressa alia causa censentur om-
ne ius deduxisse nec debent amplius audiri, ita glo. in dicta. l.
quum de hoc.
Quod exceptio facta in primo termino censeatur facta in om-
74 nibus terminis sequentibus, probo sic. † Quotiescunque facile
eluderetur legis intentio, nisi fieret extensio de vno ad aliud,
tunc etiam in materia penali extendimus dispositionem. l. j. §.
pecuniam. ff. de calumniatoribus. not. Socin. in. l. gallus. §. vi-
dendum. columna finali. in medio. ff. de liber. ⁊ posthu. Sed
nisi fieret ista extensio ⁊ interpretatio eluderetur lex volens rei
iudicate exceptionem inuentam esse ad hanc finem, vt singule
cōtrouersie singulis actionibus finiantur, vt ⁊ sit litium finis, vt
not. per Socin. ⁊ Cuman. in. l. singulis. per illum tex. ff. de ex-
ceptio. rei iudicate. ergo ⁊c.
Item nisi ita interpretaremur esset contradicere textui in. l. male
agitur. in fi. C. de prescrip. xxx. anno. ergo ⁊c.
Confirmo premittendo ꝙ primus terminus fuit exclusus ab ex-
75 ceptione fratrum, tunc succedit conclusio † ꝙ excluso vno ca-
su gratia frequentioris vsus apposito, censentur exclusi omnes
alij casus similes, glos. est notabi. in clementina prima, versicu-
lo presidentes. de rescriptis. cum multis concor. vt per Bar-
bat. in rubrica C. qui admit. columna nonagesimatertia. igitur
res iudic. quo ad omnes terminos.
Confirmo, omnium terminorum est eadem ratio ⁊ vna qualitas,
76 † sed vbi est eadem ratio non dicitur extensio, sed proprius in-
tellectus text. est in. l. nominis ⁊ rei. §. verbum ex legibus. ff. de
verborum significatio. ⁊ hoc procedit etiam in materia pena-
li, vt per Baldum in. l. data opera. columna quinta C. qui ac-
cusa. non possunt. ergo res iudi. quo ad omnes terminos.
77 † Hinc est ꝙ pluralitas resoluitur in singularitatem quando est
eadem ratio, vt declarat Baldus in. l. iubemus. §. sinautes. C.
ad trebellianum. sequitur Socin. in consilio quadragesimoter
tio incipien. visa. columna prima, in fine, versicu. secundo. in
primo volumine. Socin. in consilio septuagesimotertio incip.
circa primam. columna tertia. post principium. versicu. pre-
terea. in primo volumi.
78 † Hinc est ꝙ quando duo regulariter equiparantur tunc dispo
sitio etiam exorbitans loquens de vno habet locum in alio glo.
est notabilis. in capitulo si postquam. §. fina. in glosa penulti.
de election. in sexto. cum concordantijs. vt per Jasonem in. §.
ex maleficijs. columna octaua, in trigesimanona. institutis
de actionibus.
79 † Et quando in pluribus casibus est eadem ratio, tunc vna ⁊ ea-
dem ratio decidit omnes casus, non per extensionem, immo si
cut genus comprehendit species, sic generalis ratio diuersas
species casuum emergentium complectitur, ista sunt pulchra
verba Cy. ⁊ Petr. ⁊ Bald ⁊ Pau. de cast. quos refert Ja-
so. in. l. a titio. columna finali, in fine. ff. de verborum obliga-
tionibus. ⁊ est videndus omnino Bald. in capitulo fina. co-
lumna secunda, in medio. versiculo sed dubium. de consuetu
di. vbi notabiliter loquitur ad propositum. ⁊ Decianus. in con-
silio sexto, in principio.

Confirmo

80 Confirmo quia† dispositio facta de hoie respectu certe qualita
tis vel officij trahatur ad habentes diuersam qualitatem nomi-
ne, sed eandem re, vt. l. ex facto ⁊ ibi per Bald. ff. de neg. gest.
sequitur Areti. in capitu. j. colum. iiij. in. xxix. de accusat. ⁊ ibi
concor. inter alia alleg. Bartol. in. l. diuus. ff. de custod. reo. di
centem quod omnis exceptio inhabilitatis que repellit accusa
torem repellit etiam denunciatorē publicum.

Ex quibus concludo stante similitudine, immo idētitate termi-
norum habentium in omnibus, ⁊ per omnia eandem qualitatē.
quod res iudic. super primo. est etiam super alijs.

81 Moneor etiam, † separatorū separata est ratio. l. papinianus. ex
h. ff. de minorib. nota. Bald. in capitu. fraternitatis. colum. j. ad
fin. versicu. nunc igitur de testib. ergo vbi est eadem ratio, illa
non sunt separata, ergo idem, ergo obstabit exceptio rei iudi.

82 Allego etiam quia † si quis i iudicio dicat peto cassari electio-
nem quia est contra consuetudinem, intelligitur intentare omne
ius vndecunque ⁊ qualecunque ex consuetudine prouenientem, ideo
quum ex consuetudine oriatur possessorium ⁊ petitoriū vtrunque
videtur intentatum, ita Bald. in capitu. quum ecclesia. colum
na. ij. post med. versic. modo de causa possess. ⁊ propterea. ⁊ ta-
men petitorium cum possessorio differunt, ⁊ non sunt idem. l. na
turaliter. §. nihil cōe. ff. de acq. pos.

83 Preterea † quando iuratur super facto quod non est, debitum
tollitur respectu omnium personarum que pretenduntur obli-
gate, puta reorum debendi ⁊ fideiussorum ⁊ consortum. l. duo-
bus. §. j. incipien. quod si reus. ff. de iureiuran. Barto. in. l. duo
bus. in. iiij. ⁊. v. q. ff. de duob. reis. igitur exceptio super facto re
tentionis omnis terminos debet afficere.

84 Similiter † si quis primo intentat actionem mandati contra eum
qui mandatum suscepit, ⁊ nunc vult intentare actionem furti ob
stabit exceptio rei iudicate, origo enim obligationis non titu-
lus inspicitur actionis, ita Specu. in titu. de actio. seu petitio.
§. sequitur videre colum. ij. versi. quid si in casu alleg. l. qui id
quod. ff. de dona. igitur quum vtraque exceptio eandem originē
habeat, ⁊ vterque terminus ex eadem obligatione sit, sit locus ex
ceptioni rei iudic.

Bene fa. quod dicit Joan. and. in. c. in generali. col. v. in med.
85 in mercu. vbi dicit † destructis primis impossibile est aliqd alio
rum remanere, igitur succumbētia in pmo termino eradicat ius
in sequentibus.

Ex quibus omnibus concludo quod quum prima ⁊ ista secun-
da sit eadem exceptio, ⁊ pensio petita prius ⁊ petita nunc sit ea
dem pensio, res iudicata super primo termino ⁊ super prima
exceptione prodest Francisco in isto secundo iudicio. Et per
consequens quod istud breue posterius propter omissam veri
tatis narrationem, ⁊ propter falsitatem expressam, dum dicitur
esse dubium ⁊c. sit surreptitium ⁊ obreptitium. ⁊ Francisco nō
preiudicare.

86 Non ob. breue ⁊ eius forma. † Quia forma rescripti non debet
seruari quando ex eo leditur ius tertij non nominati in rescri-
pto, vt per Jas. post Bald. in. l. quotiens versic. ex textu. C. de
precib. impera. offerend. vbi Jas. dicit nota. dignum ⁊ menti te
nendum etiam si esset motu proprio vt per Hostien. Abb. ⁊ do
cto. in capi. causam il. ij. de rest.

87 Immo fortius † etiam si appareret principem derogare velle iu
ri tertij, puta quia expresse dicat non obstante preiudicio Sem
pronij, intelligitur de paruo, ⁊ non de magno preiudicio glo. est
not. in. l. sed quum ab herede. in glos. final. ff. ad trebellianum. se
quitur Jas. in. l. beneficium colum. iiij. in. xxiiij. ff. de constitu.
princip. Sed esset magnū preiudicium vt pp fratres Franc.
dimidia pensione grauentur ergo ⁊c.

Ulterius aduertatur, quia in primo iudicio non est actum ad a-
88 liquam speciem, sed ad genus. s. ad. iv. duc. quia † quantitas di
genus vt per Gomes. in. §. actionum colum. antepenul. in. xxvij.
insti. de action. ⁊ per Deci. in. l. j. colum final. ad fi. C. de sent.
que pro eo. quum igitur etiam nunc ad idem genus agatur, non
video qualiter possit admitti exceptio contra petentem genus,
quum excipiens contra genus petentem succubuerit semel.

Considero etiam duas species exceptionū, vna est principaliter
remotiua ⁊ exclusiua actionis agentis. vt est pactum de nō pe
tendo, Alia species est fundatiua iuris recipientis principali-
ter, ⁊ secundario exclusiua iuris agentis, vt est casus noster.
quia principaliter sonat breue, vt possint retinere, ex quo secun-
dario sequitur exceptio contra, promissionem de soluenda pē-
sione si igitur pronunciatum est pro Francisco non obstante ex-
ceptione fundatiua iuris fratrum, non video quo modo suscitari

amplius possit ista exceptio extincta in radice quum declara-
tum sit non licere eis retinere.

Infinita possem allegare, ⁊ quanto magis discurro, tanto plura
fundamenta ⁊ plures rationes succurrunt quare rogo vt termi-
netur id quod iura volunt.

Ulterius allego quasi in terminis consil. Bald. cccxxvij. incip.
89 punctus in. ij. volumi. vbi concludit quod † exceptio compen-
sationis opposita, si non obstante ea fuit pronunciatum exequē
dum esse instrumentum non potest amplius opponi, etiam si
fuisset reseruatū ius super exceptionibus, quia pronūciatio im
posuit finem controuersie ⁊ quū potuerit appellari ⁊ nō est ap
pellatum oritur res iudica. contra compensationem. ⁊ ibi bal.
dicit hoc esse verum de iure, concludens alios iudices in alia
instantia debere exequi.

Bene fac. notabile verbum Bald. in consil. cxl. incip. ad euidē
90 tiam in med. in. v. volum. vbi dicit ista verba † quando queri-
mus an obstet exceptio rei iudica. interdum absolutio non ha-
bet perpetuam causam veritatis, sed est mutabilis tractatu tē-
poris vt possessio ⁊ vita hominis, ⁊ tunc nō obstat exceptio rei
iudicate, interdum absolutio habet perpetuam causam verita-
tis ⁊ tunc in perpetuum obstat. Sed sententia contra fratres
habet perpetuam causam veritatis quia omnes termini sunt e-
quales ⁊ non afficiuntur iurate pensiones p illud breue, ergo
in perpetuum obstat exceptio rei iudica.

91 † Expressum dicitur omne illud quod verisimiliter disponēs res
pondisset si interrogaretur glos. est singu. in. l. sale pactum. §. fi
nal. ff. de pac. ⁊ procedit in omni materia vt attestatur Jas. in. l.
si extraneus colum. j. in. vij. ff. de condi. causa da. Sed producta
exceptione breuis iudex si interrogaretur, vtique respōdisset nul
li termino futuro obstare ergo ⁊c.

Confirmo. Creditum Francisci habet rem iudicatam contra ex
ceptionem fratrum, igitur repellantur, nec ob. si dicatur illud
92 creditum est diuersum ab isto, qr respon. quod † non dicitur dif
ferentia inter plura, quorum accidentia sunt diuersa, dum tamē
substantia sit eam glos. est sing. in. §. final. insti. de iur. person. in
versicu. in seruorum. Bartol. in. l. j. colum. ij. in. iiij. ff. de act. ⁊
obliga. Ideo dicit Socin. in consil. lxxv. col. penulti. in prin-
93 cip. versiculo vltimo in. j. volumi. quod † qualitatum diuersitas
non facit rem diuersam, sed est eadem. Exemplificat gl. quia
licet vnus seruus sit lenticarius, alius veteranus, alius nouitius
omnes sunt serui, ⁊ nullus est magis seruus quam alius, licet
vnius sit albus alter niger vt dicit glos. in. l. final. §. quoties. ff.
94 de pub. Confirmo quia † ea que differunt conditione aliqua
tantum, non dicunt differre specie, ita expresse per illum tex. di
cit Jas. post Jmol. ⁊ Comen. in. l. marcellus colum. j. in. j. no
tab. ff. ad trebellia.

Hinc dicit Jas. in. l. iij. §. genera in. j. notab. ff. de acquiren. posses
95 sio. quod † species diuerse sunt que differunt differentia substan
tiali, vt est ciuilis ⁊ naturalis possessio, que sunt diuerse species
⁊ tendunt ad diuersos effectus, ea autem que differunt p quali
tates, tendentes ad eundem effectum, scilicet ad acquirendum
dominium, vt est pro emptore, pro donato, non sunt diuerse, vt
per eum. Ideo dicit Jas. in. d. l. iij. §. econtrario. co. iiij. in. xx.
96 † qd iustitia vel iniustitia possessionis, quū significet qualitatem
non autem substantiam, non facit differentiam in possessione.
97 Ideo dicit Socin. quod † quando aliquis est obligatus, non fa
cimus differentiam an obligatio sit principalis vel subsidiaria,
quia est eadem obligatio, nec alteratur per qualitatem, ita So
cin. in consil. lxxv. incip. circa pensionem colum. penulti. post
princip. versicu. vltimo in. j. volumi. Sed istud creditum non
differt in alio quam in distributione temporis diuersi, ergo ⁊c.
presertim quum tempus non sit modus introducende obliga-
tionis ⁊c.

Nec ob. si dicas iste alius terminus erat conditionalis, quia res
98 pond. † quod creditor conditionalis dicitur creditor vt p Bar
to. in. l. j. colum. fina. ff. si cer. pet. ⁊ verba in dubio p libellante
accipiuntur. l. solemne. ff. de iud. cum si.

99 Bene fa. licet in alijs terminis quia † exceptio facta in aliqui-
bus casibus porrigitur ad similes vt no. glos. in. l. j. C. de condi
tio. indebi. cum concordan. vt per Deci. in. l. j. colum. fi. versic.
postremo. ff. de reg. iur.

100 ¶ Non ommitto vnum, † quod declaratio pape circa gratias
iam factas aliquibus non potest tollere ius quesitum alteri ita
notab. voluit Anchar. in consi. cccxcix. incipien. premitto pro
clariori decisione colum. final. cum concordan. vt per Deci. in
capi. quoniam colum. v. in. xij. de consti. Et ibi in ea. colum.

in fine. versi. quarto dicit expresse quod propter talem declarationem non preiudicatur sententie late prius. ⁊ ita vult Joan. and. ibi. ⁊ doc. Sed per rem iudi. super retentione est quesi-
101 tum ius Francisco ergo ⁊c. † Et talis declaratio pape presumitur facta a papa iuramento per importunitatem vt per Egid. in fore relatus per Soci. in consil. cclx. incip. in causa nannuen. colum. viij. post med. versicu. ex quibus in. ij. volumi. subdente quod tunc declaratio pape est iniqua ⁊ ipso iure nulla.

Considera etiam quod exceptio fratrum semel elisa sint elisa in perpetuum, probo vna ratione. Si istud breue secundum non esset impetratum, ⁊ Franciscus peteret nunc alium terminum coram Auditore Camere, Nonne Auditor Camere diceret fratribus, si iterum producerent primum breue, Quid in sanctis. ¶ Certe sic.

Quod sit res iudicata quoad omnes terminos, allego quasi in terminis Come. in consil. xxxvj. incip. viso puncto. colum. fina. in
102 princip. in. xj. in. iiij. vol. vbi consuluit † quod licet prima sententia non sit lata super eo super quo nunc iudicium intentatur, tamen obstat exceptio rei iudicate, si nunc debet idem discuti quod primo discussum est, ⁊ presertim si inter easdem personas alle. iura ⁊ doc. vt per eum.

103 Confirmo quia † in his que vno spiritu continentur non considerantur singule partes vt per Alber. in. ij. par. statu. q. xxx. incipien. quanta. alleg. l. rerum mixtura. ff. de vincu. Et ibi sub-
104 dit † quod quando necessario fit separatio alicuius actus non inducitur diuersitas actuum. l. quum antiquitas. C. de testa. ⁊ l. duos. ff. de duobus reis. Sed ista diuisio terminorum fit ex stilo curie, qui habetur pro lege cap. quam graui de fal. ergo ⁊c.

105 Confirmo, quia † si ritius egit mandati ⁊ succubuit, nunc vult furti agere, obstabit sibi exceptio rei iudicate origo enim obligationis non titulus inspicitur, ita Specu. in titu. de act. seu petitione. §. sequitur col. ij. in fi. versi. quid si.

Confirmo per illa verba que ponit Bald. in addi. Spec. in tit. de libello. concep. colum. j. in med. versic. libellus in fin. vbi di-
106 cit quod † qui addit qualitatem que non auget obligationem, sed modum solutionis moderat, non dicitur mutare, quia non est qualitas petitionis, sed est qualitas solutionis. igitur ista petitio non est mutatio termini preteriti, sed solutionis qualitas, quia quod soluebatur in natiuitate, soluitur in festo. s. Janis, ⁊ est qualitas solutionis non autem petitionis.

Confirmo per illa verba Bald. in addi. Specul. in titu. de ac-
107 cusatore colum. j. post princip. versicu. absolutus. vbi dicit † quod absolutus de vulnere non potest iterum accusari de homicidio ratione eiusdem vulneris quia vnicum factum est. Et ibi in versicu. sequen. incip. condemnatus ponit quod condemnatus de vulnere non potest iterum condemnari de morte ex eodem vulnere in proposito factum retentionis semel propositum in quo fratres succubuerunt non debet posse denuo opponi, etiam si sit cum maiori qualitate. s. cum retentione pensionum iuratarum quia factum vnum est. s. retentio.

108 Confirmo etiam quia † quando quis habet duas gratias, sub eadem data, licet succumbat in vna non prohibetur alia vti vt per Rot. in decisio. clxxx. incipien. not. quod in titu. de rescrip. gratiosis in antiq. si tamen essent diuerse date ⁊ succumbat in vna non poterit amplius vti alia. Ita Rota in decisio. xlix. incip. nota quod vbi de rescrip. in antiq. igitur quum fratres succubuerit in prima non debent iuuari secunda gratia, vel secundis literis, diuerse date.

Consideretur ista ratio. Si fratres in primo termino obtinuissent rem iudicatam contra Franciscum super pretensa retentione. nonne verum est quod quandocunque Franciscus peteret pensionem in quocunque termino, donec illi retinerent effectualiter semper opponerent rem iudicatam super iure retinendi ? certe sic. igitur idem dicendum quando Franciscus habet rem iudicatam super non iure retinendi, ⁊ super iure exigendi.

109 Benedic. † quia multa verba vnam stipulationem faciunt. l. stila. §. fi. ff. de verborum obligatio. ⁊ multiplex vociferatio contra vnum vnam iniuriam. l. item a pretabeone. §. conuicium. ff. de iniu. ⁊ multiplex actus vnam consuetudinem. c. ita nos. xxv. q. ij. ⁊ trina nominatio vnam electionem. c. quod sicut de electio. no. Joan. and. in. c. delictum colum. penul. ad me. versicu. nec repetitio in mercu vbi arguit in. q. an ille qui vno ictu percussit tres clericos, sit tribus, excommunicationibus irretitus.

Considero etiam vnum fundamentum quod multum stringit fratres in primo termino soluerunt ergo non possunt amplius re-
110 tinere, moueor, quia † quando quis soluit vnam rem ex pluribus legatis, si scienter soluit, preiudicat sibi in aliis annuis legatis, ⁊ non potest retinere falcidiam. glo. est no. in. l. quod de bonis. §. non icerto per illum tex. ff. ad. l. falcid. no. Bartol. in. §. non autem versico. sed aduerte in aucten. de hereti. ⁊ fal. inferens expresse quod per talem solutionem preiudicatur ceteris legatis quoad eum cui solutum est. Nec obst. si dicatur soluisse coactus per sententiam, quia respond. ergo non poteras retinere succissa igitur radice retentionis, ⁊ secuta solutione extinguitur ius in futurum retinendi, ⁊ quecunque breuia superuenient non edificant super solido fundamento.

Vltimo quod diuersitas terminorum non inducat diuersitatem stipulationum presertim quando omnes termini sunt eiusdem speciei, eiusdem summe ⁊ qualitatis. allego in terminis Barto. in
111 consil. ccxj. incipien. pater filio in fi. vbi consuluit † quod licet testator in pluribus casibus loquutus sit substituendo, tamen si dicti casus non differunt specie, non erunt tot substitutiones quot casus, sed vna tantum ita expresse Bar. ⁊ hoc solum sufficeret ad victoriam, quum ita petitio ⁊ illa preterita nedum non differunt in specie, sed sunt idem in genere, quia petunt. lv. unce.

Allego etiam Ananiam in consil. ix. incip. visa primus vbi consu-
112 luit quod † si quantitas in qua petebatur executio non est nec erat debita quando pronunciatum est si illa eadem iterum petitur super qua fuit pronunciatum obstat exceptio rei iudica. Sed ista exceptio est super eadem quantitate ergo ⁊c.

Igitur repellantur fratres, quia vltra rem iudicatam quum promiserint mediante iuramento nullo rescripto impetrando vti que
113 promissa sunt periurij. † Sed piurus repellitur ab agendo vt per Jas. in. l. si quis maior colum. v. in. xiij. C. de transactio. ⁊ ibi refert Anton. in. c. dilecti. colum. iij. de excep. quod exceptio periurij est exceptio finite litis, ⁊ hoc dicit Jas. esse signandum ⁊ notandum quia incognitum, ⁊ sequitur Hippo. de Marsil. in consilio. incipien.

114 Similiter † exceptio rei iudicate est exceptio litis finite vt per Barto. in. l. nam ⁊ postea. ff. de iureiuran. not. Deci. in consil. cccc xxxvi. incipien. visa instructione colum. penulti. xxj. in. ij. volumine igitur ergo ⁊c.

Non ommitto quod istud breue non dicitur declaratio, sed noua
115 concessio † quia declaratio super re clara non est declaratio vere sed noua concessio vt Paul. de cast. in consil. cxlviij. incip. viso ⁊ examinato Ancha. in consil. cccxcviij. incip. premitto pro clariori Barto. in. l. ab executore. ff. de appel. Soc. in consil. ccix. incip. in causa nannuen. colum. viij. post med. ver. ex quibus in. ij. volumi. Confirmatur quia in isto breui non dicitur decla-
116 ramus, sed decernimus † quod verbum decernimus est noui iuris inductiuum vt est glo. in clemen. literas. in versi. decernimus de preben. ⁊ habetur in. c. decernimus. de iud. Et per verbum decernimus inducitur preceptum vt per Deci. in. c. concupiscentie. colum. penul. in fin. in. ij. lectu. de consti. igitur ⁊c.

Francisc. Viconitius.

ALLEGATIO. XXX.

SVMMARIVM

¶ Rescripta non afficiant lites finitas. ¶ Papa annullans pacta non annullat que sunt per sententiam confirmata. ¶ Terminus natiuitatis ⁊ terminus sancti Joannis est eadem pensio eadem stipulatio ⁊ obligatio. ¶ Franciscus egit tam ad terminum preteritum quam ad futuros ⁊ obtinuit rem iudicatam. ¶ Habens exceptionem non soluendi, si succubit, ⁊ soluit perdit exceptionem etiam quo ad futura.

1 Surreptio viciat gratiam etiam si aduersarius consentiat.
2 Rescripta non afficiunt negotia finita per sententiam. ⁊. 8. ⁊. 9.
3 Res iudicata super exceptione deducta repellit eam nec sinit amplius deduci in alio iudicio.
4 Non appellans a declaratione habet contra se rem iudicatam.
5 Rescriptum est nullum si non fecit mentionem rei iudicate etiam si meminit de sententia. ⁊. 4.
6 Lex non trahitur ad causam decisam per sententiam etiam si dicat trahi debere ad pendentia.
7 Pacto annullato non est annullatum pactum sententia confirmatum.
9 Rescripto vti non potes si non est mentio in eo quod habuisti contra te sententiam.
10 Lex noua volens afficere negotia pendentia non afficit rem finitam

tam solutione.
27 Annua decem stipulatus habet parem obliga.
28 Unius termini qualitas omnes efficit. & 20.
29 Uno precio emptis pluribus vicium vnius efficit reliqua. et 20. et. 21.
25 Hipotecata sunt bona tempore contractus pro alimentis dotis.
26 Bona patris sunt hypotecata filijs pro male postea administratis in maternis.
30 In annuis legatis statim potest agi pro omnibus annis vt sequatur sententia, non vt exactio.
31 Emphyteota ecclesie cessans soluere per. 40. annos an possit cogi ad preterita.
34 Annui legati fit condemnatio statim pro preterito, pro futuro autem vt soluat suo tempore. Ratio est ne creditor quolibet anno cogatur petere. 35.
36 Deductum censetur in iudicio quicquid in petitione potest concludi.
37 Res iudicata super vno termino est super omnibus terminis.
38 Solutio partis scienter operatur renunciationem iuris excipiendi.
39 Soluens in loco in quo non tenetur cogitur etiam alia ibidem soluere ad que non tenebatur.
40 Protestatio debet habere causam iustam etiam si non petat.
41 Soluens si protestatur quod soluit animo repetendi nil agit.
42 Solutio rei deteriorate facto debitoris non liberat eum.
57 Que sunt pacis potentie sunt paris effectus.
60 Paria in dispositione debent esse paria in effectu.
72 Accessorium non stat sine principali.
77 Pluralitas non presumitur esse in his que possunt esse vnum et. 91.
78 Duobus fundis datis in solutum non potest redimi alter sine altero.
94 Dilatio solutionis censetur fieri gratia debentis soluere.
95 Ratio legis magis attenditur quam dictum legis, & est fundamentum actus etiam in dispositionibus hominum. 96. & facit recedi a proprio significatu verborum. 97.
98 Rationabile dictum debet mouere iudicem sicut lex.
21 Una stipulatio est si promittit. x. singulis annis. & 46.
22 Una donatio est ratione loci & temporis eiusdem quando in vno instrumento sunt plures donationes, etiam si plures res nominarentur in donatione & essent plures. 23.
24 Una est locatio quando est vnus contractus & vna obligatio, licet prestatio sit diuisa per annos vel tempora. & 26.
25 Una est obligatio etiam si solutio diuidatur per distributionem temporum.
22 Unum legatum est annuum legatum quando non est per dinumerationem annorum. & 23.
24 Unus est annuus contractus nec oritur noua obligatio.
27 Tot stipulationes non sunt quot summe quando non est facta dinumeratio rerum, & quando est simplex annua stipulatio. 28 & de hoc plura in. 43. & seq.
29 Annua promissio habet obligationem pro omnibus annis, & potest statim agi pro anno primo, pro futuris autem ad effectum condemnationis.
32 Locatio per decennium mille ducatis singulis annis est vna locatio, licet prestatio sit diuersa.
33 Una donatio est plurium rerum donatio.
43 Stipulationes tot sunt quot summe, & in sequen. vsque ad. 90. late quo modo intelligatur hoc.
44 Una stipulatio est plurium corporum, quando specialiter non dinumerantur. & 55. & 56. Idem quando sub vno constructu verborum stipulor centum. 45. & 47. idem quando est annua stipulatio. 46. et. 11.
48 Compromissa non dicuntur plura si vnica oratione fiunt.
50 Electio dicitur vna licet plures canonici eligant.
51 Unum est commissum licet sit pluralitas verborum.
52 Multiplicatio verborum non inducit multiplicationem legati.
53 Uno contextu censentur facta que continue fiunt.
54 Una obligatio est bine vel trine promissionis.
55 Una est appellatio dicentis pluries apello.
56 Unius creditoris interruptio prodest ceteris.
58 Unicum legatum est si vna res pluribus legatur.
59 Unum delictum est si ex pluribus vnus effectus sequitur.
61 Uno negotio cepto delegatum ad vniuersitatem causarum omnia negotia cepta dicuntur.
62 Unum censentur esse plures summe quando hincinde queritur actio & nominatur respectu vnius rei.
63 Improprie dicitur esse tot stipulationes quot summas.
64 Una est stipulatio quando est vna conceptio verborum in multis prestationibus. Idem quando stipulatio est per verba distributiua, vt in annos singulos. 65.
66 Unum est legatum quantitatis in pondere.
67 Unum est quando plura inferuntur ad eundem finem tendentia.
68 Una stipulatio est quando est vnum verbum principale & vna oratio.
69 Una est stipulatio quando summe non exprimuntur nominatim nec copulatiue.
70 Unum est legatum plurium rerum nisi nominatim exprimantur.
71 Una est stipulatio quando vnum est principale aliud autem accessorium.
73 Una prescriptione tollitur annua pensio.
74 Annua stipulatio est vnicus actus, licet sint plures enumerationes.
75 Iuramentum est vnum licet sint plura capita super quibus iuratur.
76 Absolutio vna est plurium excommunicationum, & idem in generali vel vniuersali enumeratione.
79 Unum est feudum licet sint plura loca.
80 Unus est creditor licet sint plures summe coadunate.
81 Una sententia est arbitri de pluribus se non contingentibus pronunciantis.
82 Appellatio vna plures releuat.
83 Unum legatum est licet plures debeant dare vel recipere.
84 Unum delictum est alicuius non parentis pluribus preceptis sub diuersis penis, & punitur vltima pena.
87 Plures summe ex diuersis speciebus inspiciuntur cumulatis & non separatim.
88 Unius loco habentur plura debita vni competentia.
89 Una summa est vbi est vna obligatio.
90 Uni solutum videtur solutum pluribus ex obligatione communi.
92 Annua pensio legata in plures pensiones diuisa non facit plura legata, sed vnum.

1 Reuerende domine, † Gratia pape non valet etiam si aduersarius impetratoris, consentiat quando potest surreptio imputari ita Anto. post Innocen. in capitu. quum olim in vltimo notabi. de re iudicata.

Sed in isto breui per fratres producto est surreptio, & copulatiue dicto Francisci aduersarij ergo &c.

Quod sit surreptio probatur. Exceptio ista resultans ex breui contra pensionem Francisco debitam, vz vt contribuat medietatem fructuum fuit alias de mense Ianuario preterito opposita, & ea non obstante fuit pronunciatum pro Francisco, & Abbas excommunicatus & declaratus. a qua declaratione, quum non fuerit appellatum sequitur esse pro Francisco rem iudicatam.

Quorum ne verbum quidem in breui insertum est.

2 Igitur succedat tex. in. l. final. C. de erro. aduo. volens † negotia sententijs finita non oportere reuocari rescriptis. Unde dicit tex. in. l. causas. C. de transa. lites finitas imperiali rescripto suscitari non oportet. Et tex. in. l. final. C. senten. rescind. non pos. expresse dicit, Impetrata rescripta non placet admitti, si decise semel cause fuerint iudiciali sententia, quam prouocatio nulla suspendit, sed eos repelli a limine iudicij, qui talia impetrarint.

Ulterius quod fratres non debeant audiri probatur concludenter. per illam conclusionem, quod † deductum semel in iudicium
3 per modum exceptionis, secuta plene super illa discussione tacita vel expressa, pronunciatione eiusdem exceptionis remotiua, si ab ea non sit appellatum, non potest in alio iudicio nec per viam actionis nec per viam exceptionis deduci. text. est in. l. finantem. §. final. ff. de nego. gest. l. quod in diem. §. si rationem. ff. de compensat. cum concor. vt per Roma. in consi. cccc x. inci. vt clarior in med. versi. primo.

4 Ulterius † quum a declaratione Abbas non appellauerit, pro Francisco est res iudicata. vt concludit Roma. in d. consi. cccc x. tunc succedit conclusio quod impetratio rescripti non facta mentione de re iudicata. est surreptitia & ipso iure nulla text. est no. in capitu. exposita. de arbi. cum concordan. vt per Ias. in. l. causas in princip. C. de transac. Et ibi post Alexand. relatum

5 dicit hoc procedere † etiam si esset facta mentio litis, quia non
sufficit nisi fiat mentio de re iudi.
Confirmo, quia quando fuerit iudicatum sup(er) ista exceptione contribu
tionis medietatis fructuum etiam si lex noua ederetur qua pē
siones iur(is) ae, grauarentur, adhuc non obesset pensioni Fran
6 cisci, quia † lex nunquam porrigitur ad causam decisam p(er) sen
tentiam etiam si diceretur q(uod) expresse trahat ad preterita et pen
dentia ita Ange. per illum tex. in auc. in medio lit. §. final. di
cens diligenter notandum.
Hinc dicit glos. singul. in clemen. fina. incip. dudum. §. penulti.
7 in versicul. pacta de sepultur. † quod si papa annullat pacta et
nulla esse declarat nunquam dicendum erit pactum per senē
tiam confirmatum esse annullatum, non enim sequitur pactum
est sublatum, ergo etiam pactum sententia confirmatum, plus
enim potest hoc tale, quam hoc simplex et eam dicit singu. Ro
man. in consil. cxvij. incipien. in casu proposito in fi. et alibi sepe.
Adduco etiam quod ponit Abb. in. c. fina. vt lit. penden. colū.
8 penulti. in med. in. x. vbi ponit † quod rescriptum alicuius non
faciens mentionem de iure illius qui sententiam obtinuit nec ex
presse nec tacite non valebit etiam lite finita obtentum allegat
tex. iuncta glos. in capitu. quum olim. de prescrip. cum simi. vt
per eum. Papa enim videtur velle preiudicare ei dūtaxat q(ui)
habet ius de iure communi, non autem ei qui de iure speciali ē
in possessione, vel aliud ius det nec, puta per sententiam. et ibi
subdit ista putare verissima et satis ratione probari.
Immo quasi in terminis nostris, dicit Innoc. in. d. c. fina. vt lit.
9 penden. † quod si lis fuit decisa contra impetrantem, non pote
rit de nouo incipere et priuilegio vel rescripto vti et ibi Abba.
columna penultima in princip. in. ix. dicit communiter docto
res velle hoc.
Ulterius, fratres opponentes contra Franciscum de contribu
tionē vel retentione, quia succubuerunt, soluerūt, tunc succedit
10 conclusio quod † negocium solutione vel quietatione finitū nō
comprehenditur a lege noua dicente expresse quod trahat ad
preterita vel pendentia, ita Barto. in. l. omnes populi colum.
xiij. versiculo iuxta predicta quero et versicul. precedenti. ff. de
iusti. et iure.
Itaq(ue) aut volunt dicere fratres decisam fuisse istam exceptionē
retentionis, et tunc obstat eis. l. causas. C. de transac. cum ibi no
ta. per Ias. vt. s. dixi. Aut volunt non fuisse decisam, et tūc lis
pendet et obstat eis capitulo, fina. vt lite penden. cum simil. igi
tur repellantur etc.
Si probauero terminum natiuitatis et terminum sancti Ioan
nis vnicam esse pensionem, vnicam stipulationē, vnicam obli
gationem, vnicam actionem ex vtroq(ue) nasci. Satis probatum
erit exceptionem in primo termino elisam per rem iudicatam
esse etiam elisam respectu termini sancti Ioannis et aliorum
deinceps.
Dico igitur pensionem deberi vigore stipulationis vt patet in
11 instrumento, tunc sic † si quis promittit decem singulis annis,
licet sint diuerse summe, ista est vna stipulatio tex. est in. l. si sti
chum aut pamphilum. §. j. incipien. stipulatio alias est. §. final.
ff. de verborum obligatio et probatur in. l. senatus. §. fina. inci.
si quis mortis. ff. de donat. causa mor. et tex. in. l. si a colono. ff. d
fideius. vbi expresse dicitur vna est stipulatio plurium pensio
num et hoc vult Bartol. in. d. §. stipulatio. Bart. et Ias in. l. sti
pulationum quedam. §. si sortem. ff. de ver. obli.
12 Confirmo quia † quando in vno instrumento sunt plures dona
tiones, omnes reputantur vna donatio, ratione eiusdem actus
eiusdem temporis eiusdem loci ita Roma. in consil. xxvj. inci.
pro decisione columna prima in med. versiculo secundo dicens
esse omnium hanc opin.
13 Ideo dicit Barto. in. l. modestinus. in fin. ff. de dona. quod † ēt
si plures res nominarentur in donatione ita quod vere essent
plures donationes, tamen erit vnica donatio, quia vno tem
pore facta.
14 Cōfirmo † locatio vnius rei pro multis annis vna est, quando
est vnicus contractus et vna obligatio ex parte locatoris et per
consequens ex parte conductoris, licet prestatio pensionis sit
diuisa per annos vel tempora. ista sunt verba Bald. in consil.
cclix. incipien. ad euidentiam premittendum est, quem refert et
sequitur Soci. in consil. cxxv. incip. visa narratione in princip.
in primo volumine.
Allego etiam Soci. in. l. si ex toto. §. final. incip. si ita legatum in
15 fin. ff. de leg. j. † quod non est inconueniens propter distributio
nem temporum diuidi solutionem licet vna sit obligatio.

16 Et † sic fiat locatio domus et promittatur pensio in annos vel mē
ses singulos, vna est locatio, ita Bar. vbi bona distinctio in. l. si
seruus cōis meus. §. fi. ff. de stip. ser.
17 Et † qui stipulatur annua. x. h(abet) purum obligationem vt no. Spe
cu. in ti. de aduoc. §. obijcit. col. fi. in fin.
18 Ex hoc infertur † q(uod) etiam si sint plura capita, vna tamen obliga
tio est, et vnius termini vicium vel qualitas omnes afficit pro
hoc allego tex. in. l. quū eiusdem. ff. de edi. edic. dicit. Addidē
tex. in. l. si id quod. §. si ex decem. ff. de dona. inter virum et vxo
19 rem, vbi dicitur, † si vno precio plura corpora emātur, propter
vnius defectum reliqua etiam afficiuntur. et tex. in. l. si duos. ff. d
contrahend. emptio. et. l. ediles. §. si iumenta. ff. de edil. edic.
20 Et † quod in contractu habeat locum resolutio totius propter v
nius defectum tenet Bar. in. l. scire, versic. quero. ff. de verbo
rum obligatio.
21 Et est etiam ratio, † sicuti enim resoluitur totus contractus pro
pter vnius mortem ex capitibus emptis, quando emptor non
aliter emisset quam si omnia capita habiturus sit. vt inquit gl.
in. d. l. si duos, ita etiam res iudica. super vno termino quia vni
ca est obligatio et stipulatio omnes terminos afficit, quia Fran
ciscus non aliter resignasset parochialem, si sciuisset aliquem ter
minum sibi fore subtrahendum. et ex ista ratione concluditur
pro Francisco.
Et is in legatis sit differentia regulariter. tamen non indistincte
22 immo † tunc demum legatum annuum dicitur esse plura legata
quando fit legatum per dinumerationem annorum. et ita proce
dat tex. in. l. quum in annos. ff. de annu. leg. alias dicetur vnum
legatum vt per Soci. in consil. lxix. incip. viso elegāti colum. fi
nal. in med. in. j. volumi. alleg. velle hoc Bald. et Iacob. butri
ga. alleg. rationem, q(uia) legatum annuum habet necessariam con
sequentiam a principio ergo debet considerari initium et nō
finis, quia initiū sit potentissima pars cuiuslibet rei. et hanc ea
23 dem opinio. † quod legatum vsufr. fundi quando non est expres
se dinumeratio annorum censeatur vnum legatum tenet Soci.
in consil. lxxxj. incip. non est dubium colum. penulti. in med.
versicu. ad quartum in. iij. volumi. alleg. tex. in. l. defuncta ad fi
nem ff. de vsufruc. et respondet quod quando exprimitur donec
vixerit, exprimitur quod tacite inest vt per eum colum. fina.
versicu. sed adhuc.
Allego etiam Ias in. l. epistola. §. final. in fi. ff. de pac. vbi dicit,
24 quod † contractus annuus est vnus, nec noua orit obligatio.
Et quod sit vnica stipulatio et actio allego bonum simile. Quid
25 † pro alimentis dotis ratione retardate solutionis soluto matri
monio ab initio tempore dotis sunt hipotecata bona ita consul
uit Paul. de cast. in consil. viij. incip. in Christi nomine, ad pri
mum respondetur alleg. l. j. ff. qui po. in pig. habe. in glos. et sic
vult quod tempore contracte obligationis censentur bona taci
te hipotecata pro accessorijs, puta alimentis et vsuris. Et hoc
videtur decidere casus in. l. quā oportet. §. sed quia tacitus. C. d
26 bo. q(ue) libe. † vbi bona patris ab initio recepte administrōnis sunt
tacite hipotecata filijs p(ro) male administratis postea bonis mī
nis, vt ibi no. Bal. dicēs q(uod) inspicitur initium vnde aliqd euenit
pōt. Ita in proposito Abbas sentit Mo. noue propter moram
Abbatis in venda tempore obligationis inite tenetur ad om
nes terminos, data mora Abbatis in vēda. et hoc virtute vnius
obligationis.
27 Non obst. tex. in. l. scire debemus. ff. de verbo. obliga. † quia p(ro)
cedit quando est facta specialis dinumeratio. plurium rerum.
pro hoc alle. tex. in. l. pluribus. in prin. ff. de verborum oblig. et
vult Bar. in. l. senatus. §. fi. ff. de dona. causa mor. ita intelligēs
d. l. scire debemus. alias responsiones dicam infra in. xliij. et
sequentibus.
28 Et dicit expresse Bart. in. d. §. fina. quod † quando tempora ex
primuntur tot sunt stipulationes quot tempora, secus quando
est simplex stipulatio annua. Et ibi in fi. dicit quod quo ad. l.
sancimus. §. fi. C. de dona. licet plures sint stipulationes quan
tum ad hoc vt insinuentur tamen quantū ad hoc vt capere pos
sit vna est.
29 Adduco etiam, quia † quando quis promittit annuatim quid, a
principio nata est obligatio pro omnibus annis et etiam actio. et
ideo pro debito primi anni, potest statim agi quo ad effectum
exactionis. pro futuro autem tempore non potest agi ad effe
ctum exactionis, sed bene potest ad effectum condemnationis,
ita Barto. communiter approbatus in. l. ita stipulatus. colum
na. xvij. alias est in. ij. q versicu. tertio est videndum. ff. de ver
borum obliga. sequitur Ias. in. l. ij. in solem. colum. vij. in princ.
versic.

versi.secundo limita.ff.eo.ti. Subdit Bar.in d.l.ita stipula.
30 † quod licet in legatis pro futuris non sit obligatio, tamen pro
pter obligationem primi anni lex permittit quod statim aga
tur pro omnibus annis, vt sequitur sententia, non vt exigantur.
Ex quibus patet exceptionē in primo termino fuisse exceptio
nem ad omnes terminos, et per consequens esse locum except.
rei iudi. Posito enim quod Franciscus non egerit ad exe
ctionem obtinendam pro omnibus annis, censetur tamen egis
se ad condemnationem obtinendam, et obtinuit, igitur exceptio
retentionis omnes terminos respicit.
Confirmo supradicta per ea que no. Specu. in tit. de emphy.
.§.nunc aliqua colum.xiij.in fin.versicu.xlj.queritur vbi dicit
31 † quod si emphyteota rei ecclesiastice cessauit per.xl.ann. sol
uere canonem, et semper possedit rem, non poterit ecclesia age
re postea ad pensiones preteriti temporis subtractas. Licet
enim multi anni sint pro quibus debentur pensiones tamen v
na est stipulatio, et vna actio competit pro omnibus et singulis
pensionibus et vnica obligatio. Semel igitur elisa actio pro a
lijs non audet frontem erigere. Ita dico in proposito quod se
mel elisa exceptio non debet audere frontem amplius erigere.
32 Confirmo, quia † si quis conducit predium, cōstituto pretio mil
le librarum singulis annis per decennium, pro omnibus annis
vna est conductio propter vnum pactum constitutum ab initio
et propter vnam annorum numerationem licet prestatio sit diui
sa, ita Barto. in disputa. iiij. incipien. publicanus, colum.j. in
prin. versic. quinto probatur.
33 Videmus etiam quod † plurium rerum donatio vna donatio est,
et si coadunatio omnium excedat summam quingentorum, vna
sit insinuatio. l.sancimus in fin.C.de don.no. Jo.an.i.c.pluralis.
colum.ij.in me.ver.tertio in merc.
Preterea, et istud fundamentum puto esse realissimum. Dum di
cunt fratres res iudicata est super vno termino, quia Francis
cus egit ad vnum terminum tantum. Negatur hoc, imo gene
raliter actum est ad confitendū debitum. et licet alij termini nō
poterant exigi non repugnat tamen quin Franciscus potuerit
agere pro termino currenti, vt exigat, pro futuris autem vt ad
uersarij condemnentur. De hoc est communis conclusio, quod
34 † in legato annuo, quum nō sit i potestate creditoris exigere to
tum pro futuro tempore, proceditur iudicium in quo ratione tem
poris preteriti fit statim condemnatio pro futuro autem tempo
re fit condemnatio ad soluendum suo tempore istam opi. dicit
esse communem Jas. in.l.1.in fi.C.de fideicom.al e. Bart. per
illum tex. in.l.liberis quos.§.j.in fin.de adim.leg. et Bar. in.l.
pecunia ad fi. versiculo quero. et versic. vel dic eod.titu. cū con
35 cordan. vt per Jas. et ibi dicit istam esse veritatem. † Ratio
autem quare pro futuris terminis censetur facta condemnatio,
ad soluendum suo tempore, ne creditor habeat necesse agere et
petere quolibet anno, istam rationē expresse ponit tex. in.l ma
le agitur in fin. alias. est.l.ij.C.de prescriptio.xxx.an. et ibi bar
to. et sequitur Jas. in.l.j. in fin.C.de fideicom. Et pro hoc bene
fac. quod poni. Barba. in.l.scire, colum viij. in fin.ff.de verbo.
obliga. vbi refert Ange. in.l.edilico.§.item sciendum.ff.de edi
36 li.edic.per illum tex. velle quod † in iudicio dicitur deductum
esse omne id quod in petitione potest concludi et dicit ita consulu
isse, vt per eum.
37 Concludo igitur quod † res iudica. super vno termino est super
omnibus terminis, et quod res iudi. quo ad terminum preteri
tum est vt exigatur, quo ad alios terminos futuros, vt condem
nētur fratres, ad effectum vt debito tempore possit exigi. iuxta
tex. in.d.l.male in fi.C.de prescrip.
Ex quibus infero quod quum fratres semel soluerint post ex
38 ceptionem retentionis, nō possunt amplius excipere, quia † per
solutionem partis scienter factam renunciat soluens exceptio
ni sue per quam poterat eludi obligatio ad petendum, ita expres
se dicunt et eos sequitur Roman. in consil.ccxxij. incipien. du
bitatur in med.
39 Confirmo, quia † quando quis habet exceptionem non soluen
di in certo loco, si semel soluit in illo loco, preiudicat sibi quo ad
alia, vt etiam ad alia in illo loco soluenda cogi possit tex. est no
ta. in.l.si fideicommissum.§.fina.ff.de iudi. no. Angel. in.l.j. in
fin.C.de fideicom. Igitur fratres preiudicant sibi per solutio
nem factam.
Non obstat si dicatur, fratres protestati sunt soluere animo repe
40 tendi, quia multipliciter respond. primo, † quia in omni prote
statione debet allegari iusta causa et concludens, etiam si non
petatur, alias dicitur esse nullius momenti vt per Barto. in.l.
non solum.§.more quem sequitur Jason. in.l.de pupillo.§.si
quis ipsi pretori. columna octaua, et decimaquinta.ff.de operis
non. nuncia. Sed hic nulla causa est allegata nec iusta nec in
iusta ergo etc.
41 Secundo respon. † quod quando quis soluit id ad quod tenebatur et ne
cessitabatur, licet protestetur quod facit animo rehabendi, nil
releuat vt nota. in.l.alimenta.C.de negot. gest. et Bartol. in.l.
non solum.§.more. columna octaua versiculo, circa quintum.ff.
de ope.no.nun. Sed ista protestatio est talis, quod fuerunt excōl
cati et declarati ergo etc.
Non omnino tam etiam vnum. Dato non concesso quod breue
istud derogaret expresse rei iudicate pro Francisco. Dico quod
non liberat fratres a pensione. Quia quum istud breue fuerit
obtentum instantibus fratribus, et quum ista pensio sit grauata
42 eis instantibus, succedit tex. quod † solutio rei deteriorate facto
debitoris non liberat eum, text. ē in.l.qui sibi.§.primo, alias.§.
si. incipien. qui stichum.ff.de solutio Si igitur solutio actua
lis non liberat, quanto magis dicendum est impedimentum de
bitoris facto ortum non debere obstare quin integram pensio
nem soluant igitur etc.
43 † Nō obstat. l.scire, debemus.ff.de verborum obligat. quia
sic. tot tot stipulationes esse quot summas. Sed in proposito
dico vnicam summam esse.s.annuam.
Nec obstat si dicas sunt due summe, in duobus terminis, quod ad
44 hoc respond. tex. in. d.l.scire, in versiculo stipulationum, † vbi
quamuis sint plura corpora vna tamen stipulatio est, quando
specialiter non dinumerantur, nota. Socin. in.l primo.§.vete
res in fi.ff.de acqui.pos.
Igitur intelligitur.l.scire, debemus, quando distincte sunt sum
me puta mille, centum trecentum, et quinquaginta, cum copula
45 et † secus si sub vno constructu verborum. stipuler centum pro
medietate in vno termino, pro alia medietate in alio sicuti est hic,
ita intelligit glos. prima et secunda. d.l.scire, et est gl. expressa in
l.quod dicitur.ff.de verb.obli.
Alioquin sequeretur quod tot essent stipulationes quot corpo
ra ducatorum, quod non est dicendum vt. d.l.scire. Jt. quod sicu
ti acerius pecuniarum habet se ad singula corpora nummorum
et est vna stipulatio, ita annua pensio habet se ad diuisionem ter
minorum, et est vna.
46 Secundo respond. † quod.l.scire, non habet locum in annua sti
pulatione tex. est in.l.stichum aut pamphilum.§.j.ff.de verbo.
obliga. vbi dicitur annuam stipulationem esse vnam.
Et in effectu ex. d.l.scire colligitur cōclusio, quod si plures sum
me vel plura corpora separatim cum copula stipulationi inse
runt, tunc sunt tot stipulationes quot corpora, puta stichum et
pamphilum, vel illud et illud, vel centum et mille ita colligitur
47 ex. d.l.scire, versicu. stipulationum in fi. † Sed si sub vnico cō
structu et sub vna conceptione verborum fit stipulatio cōtinēs
plura corpora, tūc est vna stipulatio puta, promittens lectica
rios, vel omnes seruos, vel mille. ita tex. in. d.l.scire versiculo
stipulationum. et isto casu non interest si summa diuisa ponatur
vel coniuncta, vt dicit tex. in.l.si ex toto.§.si. incip. si ita.ff.de le
ga.j. Et istum intellectum sentit Bald. in rub. de arbi. post pri.
48 extra versic. plura. dicens per illum tex. † quod compromissa plu
ra dicuntur que pluribus orationibus fiunt ergo si vnica oratio
ne non sunt plura. alleg. etiam.l. liber homo.§.iriine.ff.de her.
inst. qui bene probat, Et ita sentit Soc. in consil. clij. inci. non
fuisset col.iij. in med. sub versi. secunda ratio in.ij. vo.
Et istum intellectum ad. d.l.scire, sentit Bald. in c. quum om
nes col.v. in princ. ver. quero quedam commissio de consti. in
49 ferens † quod licet commissio aliqua directa pluribus cōtineat no
mina singulorum expressa, tamē si sub nomine appellatiuo col
legij est concepta dicta cōmissio. tunc non erunt expressa nomi
na, vt intelligātur tanquam singuli, sed censent expressa nomina, de
monstrationis psonarum causa. Ita in proposito, quum annua
stipulatio sit concepta per duos terminos, gratia demōstratio
nis temporis destinati solutioni, censebitur stipulatio vna.
50 Ideo videmus † quod licet plures canonici eligant capitulariter,
non dicuntur tot electiones quot sunt canonici, sed vna electio
vt est tex. in c. in genesi. de elec.
51 Similiter † vnum est continuum licet sit pluralitas verborum, nec
debet iudex separare, sed quasi vnum factum coniungere. l. pre
tor.§.si mihi et.l.item apud labeonem §.ait pretor.ff.de iniur. et
ibi Alber.
52 Cōfirmo quod † multiplicatio verbo non inducit multiplicationes
legat.l.meminus.§.cū q.ff de leg.ij.l.plane.§.j.ff.de leg.j.

53 Ea enim† que continue fiunt habentur pro factis in uno conte-
xtu.l.quod ait.§.fina.ff.de adul.l.separatim.§.sed quum adver
sus.ff.de appel.cum concor.ut per Alber.in.ij.par.sta.q.xxx
ix.incip.octava.
54 Hinc est quod† bina vel trina promissio unam tantum obligatio
nem inducit.l.qui bis idem.ff.de verbo.obliga. Et plura cor
pora distantia faciunt unum gregem.l.rerum mixtura.ff.de
usucapionibus.
55 Facit,quia† si quis pluries dixerit appello,unica est appellatio
ut per Jo.an.⁊ Arch.in.c.ab eo de app.in.vj.
Preterea quod divisio terminorum non facit diversitatem rei
alliego tex.not.in.l.final.incipien.quum quidam in fin.iuncto
56 princip.C.de duob reis.ubi dicitur,quod† quando ex una stir
pe unoque fonte unus effluxit contractus vel debiti causa ex eadē
actione apparuit in qua sint plures creditores unius debito-
ris interruptio facta per unum creditorem alijs prodest.⁊ per istū
tex.expresse no.Roma.quod unicus iudicatur contractus,ita
Roma.in cons.cccv.incipien quo ad septimum in med versi.
tertio.si igitur hoc est in diversis creditoribus,idem debet iu-
dicari in diversis terminis,concurrente alias omnimoda idēti
tate.Et per illum tex.dicit Albe.in.ij.par.statu.q.ij.incipiē.
57 ex predictis.colum.v.post princi.sub versic.circa† secundum
quod ea que procedunt a pari potentia partes sunt effectus.
58 Confirmo,quia† si eadem res pluribus legatur,unicum tamen
legatum est,cuius prestatio in plures scindit.§.si eedem insti.
de leg.igitur pluralitas prestationum non reddit pluralitatem
dispositionum.
59 Considero etiam quod† si ex duabus prestationibus idē effe-
ctus sequitur,pro una prestatione censeri debet moneor,quia
si ex delictis coniunctis sequitur unus effectus tunc habetur pro
uno delicto.l.illud in fi.ff.ad legem aquil.no.Alberi.in secun-
da parte statutorum questione.xxiiij.incipien.item quero,ubi
late de hoc,per duas.col.
60 Bene fac.quia† quando aliqua sunt paria in dispositione debēt
esse paria in effectu,ita Alber.in.j.par.statutorum questione.
ix.incipien.item quero colum.vj.post princi.sub versiculo ul-
timo quero.alleg.l.iam hoc iure.ff.de vulga.⁊ pupilla. Et u-
na dispositio alteri similis debet regulari secundum eam ut ibi
per Alber.alleg l.ij.ff.si servi.vendi.⁊ l.naturalis §.fina.ff.de
prescrip verb. Sed plurium terminorum est equalis disposi
tio,⁊ omnimoda similitudo ergo ⁊c.
Confirmo,quia licet delegatio continens in se plura capitula di
versa,vigore cuius incipiat iudex cognoscere in uno non perpe
tuet iurisdictionem quo ad omnia argumen.l.quicquid.ff.de ar
61 bit.† quando tamen delegatio est ad universitatem causarum,
unico contextu,licet multa contineat,incipiens in uno cogno-
scere perpetuat quo ad omnia,ita Bald.in.c.licet undique co-
lum pen.in med.ver.quero si quis de offi.deleg.
62 Aliter etiam respondeo ad.l.scire,debemus.quia† procedit quando
res plures vel summe nominate sunt non respective ad aliud
sed simpliciter ut queratur stipulatio. Sed ubicunque hinc in-
de queritur actio,⁊ plura vel plures summe nominentur respe
ctu unius rei per alterum ex contrahentibus date tunc contra
ctus habetur loco unius,⁊ ille plures summe censentur unum,
ita expresse Bartol.in.d.l.scire.in.ij.oppo.ff.de verborum ob
liga.per tex.in.l.si duos ff.de contrahend.emption. ubi dicit,
solvendo istud contrarium,modo tu intelligis istam legem.
63 Item.d.l.scire † procedit improprie ut per Are.in.l.j.§.sed ⁊ si
mihi.ff.de verb.obl.per illum tex.
64 Item.d.l.scire procedit† quando stipulatio est per dinumera-
tionem annorum,puta primo secundo,⁊ tertio anno.secus quā
do est una conceptio verborum licet prestationes sint multipli
ces.ita expresse dicit Bald.Jmol.⁊ Jas.in.l.stichum.§.stipu
latio colum.iiij.in.xiij.ff.de verbo.obli. Sed hic est una con-
ceptio,quia dicitur annua pensione reservata.ergo.d.l.scire nō
65 facit ad propositum.† Et quādo stipulatio est per verba distri
butiva,puta in annos singulos tunc est una stipulatio,ita Bar
bat.in.d.§.stipulatio.col.xix.in fi.
Et quod divisio terminorum non faciat dici duas stipulationes
66 allego quia† licet quātitas relinquatur ad pondus,tamen non
sunt tot legata quot pondera,ita Areti.per illū text. in.l.si ex
toto.§.final.ff.de legatis primo,igitur non debent dici tot sum-
me quot termini.
Item advertatur quum d.l.scire procedat in summis specifica-
tis,nusquam est specificata summa duca.lv.ad quos agebatur
quando fuit res iudica.nec in instrumento est expressa summa
duc.lv.igitur.l.scire,non facit ad propositum.
67 Item.d.l.scire† nō habet locum quoties plura stipulationi in-
serta sunt de per se,ad unum tamen finem tendentia ⁊ ad eun
dem effectum,quia tūc plura vel plures summe loco unius ha
bentur.ita Bartol.⁊ docto.in d.l.scire in princip.per text.in
l.si heredi.ff.de condi.insti.⁊ istam doctrinam esse approbatam
dicit Jas.in.d.l.scire post princip.in.ij. Sed divisio pensio-
nis per terminos ad eundem effectum tendit,ut fratres non cō
stituantur in mora,⁊ ne sit locus regressui.ergo ⁊c. Jmo ista
solutio pensionis dicitur individua,patet,quia etiam si semel i
parte aliqua essent in mora solvendi,est locus regressui,ut in
instrumento.
68 Item † quod.d.l.scire procedat quando intervenit ennumeratio
cum copula sentit Cuma.in.d.l.scire ⁊ ibi Jas.colum.j.in.iiij.
dum dicit quod de proprietate sermonis una est stipulatio quā
do unum est verbum principale,quum una sit oratio ⁊ una ve
rborum conceptio.l.prima.§.his ita.C.de caduc.tollend.sed
ex mente contrahentium sunt plures ex quo plures res sunt co
pulate ⁊ numerate.
69 Item.d.l.scire† habet locum quando summe nominatim expri
muntur ⁊ etiam copulative,veluti quum stipulor rem istam ⁊
istam ⁊ istam,ita expresse gl.per illum tex.in.l.quod dicitur.ff.
de verborum obliga.ubi dicit quod non sunt expressa corpora,
vel summe quando dicitur dabis omnes res illas. Sed hic
non est expressio ducat.lv.nec termini sunt copulativi immo di
visim annue obligationis.ergo ⁊c.⁊ hoc vult circa nominatio-
nem Specu.in titu.de dona.§.j.columna secunda.in med.ver
sicu.quid si aliquis.
70 Sicuti videmus in legatis,† quia licet plures res legentur ta-
men unum erit legatum,nisi nominatim exprimātur,quia tunc
erunt plura ita tex.in.l.secunda.ff.de lega.ij. Et in donatione
hoc vult Specu.in titu.de dona.§.primo colum.ij.versic.quid
si aliquis.⁊ ibi Joan.and.in addi.quod donans mille quinque per
sonis unam donationem facit.
Item ad.l.scire respond.quod licet quando in stipulatione de-
ducuntur due res vel plures eque principales tunc censentur
71 esse tot stipulationes quot sunt res tamen† quando est una res
principalis,⁊ alia accessoria vel de appendicijs,tunc una tantū
censetur stipulatio,ita expresse Jas.in.l.petens.colum.v.in pri
cip.versic.secundo advertere.C.de pac.dicens istam esse verita-
tem ⁊ claram responsionem.⁊ hoc idem ponit Jas.in.l.lecta co
lum.xj.post princip.in.xviij.ff.si cer.peta.⁊ idem repetit Jas.
ibi colum.xvij.in med.sub versicul.in gl.ibi ut insti. Sed hic
principale est annua pensio,tempus autem terminorum est
appenditium ⁊ accessorium ergo ⁊c.⁊ hoc probatur,quia si ex
tingueretur annua pensio per Franciscum,etiam si non fuerit
mentio terminorum,extinguerentur etiam termini na[ti]vitatis
⁊ sancti Joan.quia accessorium sequitur naturam principalis c.
accessorium de regul.iur.vj.Et quod hic sit unum quod princi-
pale,patet ex verbis instrumenti,dum dicitur,reservata an-
nua pensione,⁊ non dicit promittunt pensiones in plurali,sed
in singulari.
Confirmo,quia si extincta annua pensione extinguuntur etiam
termini,patet manifeste terminos esse accessorium quod ⁊ ap-
72 penditium.quia† accessorium non potest stare sine principali.l.
quod per manus.ff.de iur.codi.no.Jas.in.l.moribus.§.prius.
col.pe.in fi.ff.de vulg.⁊ pup.
Item ad.l.scire respon.quod non habet locum in pēsione annua
pro hoc allego expressa verba Bal.volentis annuam pensionē
73 esse quid unū.dicit Bal.† Annua pensio tollitū una prescriptio-
ne,ita voluit Azo,quia ista est divisio prestationis non cause,
vel debiti,nam prescriptio elidit causam primam in radice un-
de quicquid ex ea sequitur elisum est,ita expresse Bald.in ad
ditio.Specu.in titu.de loca.colum.iij.post prin.versi.an una
prescriptione. Ex quo colligo quod divisio prestationis non
facit censeri duas stipulationes.
Confirmo per ea que ponit Barbat.post Bald.in.l.stichum
.§.stipulatio.ff.de verborum obligatio.colum.xx.in fin.ubi di
74 cit expresse,† quod in stipulatione annua dicuntur fieri plures
ennumerationes quo ad inducendam distributionem unius an-
ni ab alio,unius rei ab alia,⁊ unius persone ab alia,sed nō quo
ad inducendam pluralitatem actuum,quum re vera actus sit
unicus,⁊ unica verborum conceptione consummatus,ita expres
se Barba.
¶ Item quod.l.scire nō obstet in casu isto.moneor,⁊ presuppono
unum,quod omnes termini dicuntur iurari,⁊ hoc nō negabūt
fratres

75 fratres ergo omnes termini sunt vnus, quia† iuramentum inter-
positum super pluribus capitibus non censetur esse tot iura-
menta quot capita quia qui semel profert orationem iurandi non
potest dici nisi semel iurasse, ita Arch. in. c. imerectera. xxij. q.
iiij. in med. versi. in gl. or. dicens in hoc non esse audiendos le-
gistas dicentes tot iuramenta esse quot actus, et hoc sequitur Ias.
in. d. l. scire. column. ij. in. vj. dicens bene no. pro limitatione. l. sci
re. Si igitur vnicum est iuramentum, et oes termini sunt iura-
ti. impossibile erit dicere esse plures stipulationes, ergo vna sti
pulatio, sicut vnicum iuramentum et per consequens. d. l. scire,
non habet locum in contractu iurato.

76 Item. d. l. scire procedit† quando interuenit particularis rerum e-
numeratio, secus si vniuersaliter vel generaliter quia tunc non
est pluralitas stipulationum, ita Ias. in. d. l. scire. col. ij. in. viij.
et ibi in. ix. exemplificat, quia si enumerantur excommunicationes.
tot erunt absolutiones quot sunt excommunicationes. si autem
generalis fiat absolutio omnium excommunicationum, tunc est
vna absolutio et hoc vult Imol. Cuma. Ang. Roma. Alex. et
Ias. in. d. l. scire, co. pe. in. x. i si. Si igitur omnes termini pos
77 sunt esse pro ut sunt vna stipulatio, tunc succedit conclusio† quod
pluralitas non presumitur esse in his que possunt esse vnum, ita
Bald. in. l. edita. column fin. C. de eden. alleg. l. sempronius. ff. de
lega. ij. cum concor. vt per eum.

78 Confirmo, quia† si creditori fuerint date due res debitoris in solutum
puta duo fundi separatim et diuerso pretio estimati, si agnatus
ex forma statutorum vult vnum redimere. ij. annum, creditor au-
tem dicat vel vtrunque redimas vel neutrum, obtinebit creditor
et vterque fundus erit tanquam vnum indiuiduum, considerata
causa primitiua, ita determinat Pet. de besu. dicens vidisse de
facto in. d. l. scire, column. fin. sequitur Ias. in. l. stipulationes non
diuiduntur. column. xiiij. post med. versi. adde etiam. ff. de verb.
obli. alleg. tex. in. l. tutor. ff. de fideiuss. in ver. debiti causa respi
cienda est et non titulus actionis. et tex. in. l. si id quod. ff. de do-
na. in versi. causam et originem constitute pecunie preualere. igi
tur consideretur primitiua causa termini istius que est vnica ob
ligatio. ex. doca. et non diuisio solutionis.

79 Hinc dicit Bal. quia† licet plura sint loca, vnum tamen est feudum
et vna inuestitura, et si plures sint res de quibus disponitur v-
nitas tamen dicitur respectu actus disponentis, ita expresse
Bald. in. capitu. j. §. ex eadem. ad fin. versicul. in pluribus. de
lege corradi.

80 Hinc videmus quod† plures summe coadunate vnum consti-
tuunt creditorem. l. maiorem. ff. de pactis. l. final. C. qui bon. ce
der. possunt.

81 Similiter† si arbiter pronunciat simul de pluribus controuersiis
se non contingentibus, dicitur vna sententia. l. quid tamen. §. fi.
ff. de arb. c. intlectus. de capel. mo. c. audito et. c. veniens. de psc.

82 Et† vna appellatio plures releuat. l. ij. et. l. iij. C. si vnus ex pluri. et
c. quandoque ij. q. vj. no. Io. an. in. c. pluralis. colum. fi. in med.
versic. in contrarium in tiercu.

83 Allego etiam, quia video† quod diuersitas personarum que debent dare et
diuersitas personarum que debent recipere non facit censeri plu
ra legata, sed est vnum. tex. est in. l. si illud. ff. de leg. ij.

84 Hinc videmus quod† si iudex ter fecerit preceptum sub diuersis pe-
nis, vt obediat sempronius, et ille fuerit contumax semper non
punietur omnibus penis, sed illa vltima, quia est vnum delictum. s.
contumacia presertim si est vna species delicti, ita arguendo ad
partes voluit Spec. in titu. de contu. §. sequitur videre. col. vj.
versi. sed pone iudex quia vnum factum reputatur quod fit in vno im
petu. l. iij. §. cum igitur. ff. de vi et vi arm.

Non omittam verba Ias. in. l. stipulationum colum. j post med.
85 sub ver. vltra eum. ff. de verb obli. vbi dicit quod† regula. l. sci-
re co. tiin. procedit quando plures res sunt specialiter et specifi
ce expresse secus quando in specie non specificantur per. l. quod
dicitur. ff. eo. titu. Ideo Barba. in. d. l. scire col. iiij. post med.
86 versi. no. quod nominatio. notat† quod ad hoc vt sint plures stipula-
tiones, debet esse nominatio plurium rerum non vno, sed diuer
sis nominibus specifice.

87 Vlterius† plures summe ex diuersis speciebus que eadem actio-
ne comprehenduntur debent inspici cumulate et non separatim
ita expresse Bart. per illum tex. in. l. si que separatim. §. j. inci-
pien. si quis cum vno. ff. de appella. Igitur isti plures termi-
ni debent considerari non vt separati, sed vt concernati, quia
ex eadem causa ex eadem actione et ex eadem obligatione pro-
cedunt.

88 Confirmo quia† si plura debita competant vni, semper loco v-
nius habentur tex. est in. l. si plures et ibi Barto. ff. de pac. not.
Bald. in. c. pastoralis. colum. j. in med. ver. item ista de rescri.
Bal. in capitu. super literis. columne penultima. in fin. versi.
quid si dominus. eod. titu.

89 Confirmo quia† vbi vna obligatio est ibi etiam vna summa est,
tex. est in. l. iij. incipien. in duobus. § j. alias. § fi. incip. vbi duo
ff. de duo. reis, no. Ro. in consil. cccv. incip. quo ad septimum
in princip.

90 Confirmo† quia obligatio communis facit vt quod duobus so-
lutum est vni solutum videatur ita tex. in. l. qui hominem. §. j. in
cip. si duo. ff. de solu.

91 Confirmo quia† in dubio non presumitur pluralitas actuum. l. sem
pronius procuolo. ff. de leg. ij.

Preterea non est dubium istam diuisionem per terminos, fuis-
se factam gratia commoditatis fratrum. sed ego habeo quod ne-
92 dum in stipulationibus, † sed etiam in legatis quando annua pen
sio gratia debitoris in plures pensiones diuiditur, omnium pen
sionum vnum est legatum tex. est in. l. si cum prefinitione. ff. quando
dies lega. cede. et glo. per illum tex. in. l. nec semel. in versiculo
nisi forte. ff. eod. titu. sequitur gl. in. l. iiij. incipien. si in singulos
ff. de annu. legatis. dicens etiam si non esset adiectum certum
tempus.

93 Relictum enim censetur esse purum, sed petitio in ipsis delata
est vt dicit tex. in. l. penultima incipien. ex his. C. quando dies
legat. cedat.

Et quod ista diuisio censeatur esse gratia debitoris, et per conse-
quens gratia fratrum, probatur expresse per gl. vnum in. l. fir-
94 mio. §. fin. incipien. pater. ff. quando dies leg. cedat vbi† quan-
do aliquid relinquitur ex fructibus, tunc dilatio solutionis cen
setur facta gratia heredis soluere debentis. Sed ista pensio
est super fructibus, vt in instrumento, ergo etc.

¶ Aduertatur si quis diceret exceptionem per primum breue
non concernere nisi terminum tunc decursum tantum. Quia
ista exceptio non est exceptio contra terminum decursum, vt
patet in breui, Sed est exceptio, quia fratres pretendunt se
creditores in medietate pensionis, et ita cantat breue et excep-
tio. Si igitur pronunciatum est prout vere pronunciatum
est contra exceptionem, ergo pronunciatum est non esse credi-
tores medietatis pensionis. non autem non esse illius termini
creditores.

Et hoc probatur manifeste ista consideratione fratres excipien
do dicunt se non teneri, producunt breue, ex quo colligitur ra-
tio exceptionis, scilicet quia licet eis retinere medietatem fru-
ctuum. Igitur dato quod exceptio sonet, eos non teneri, ratio
tamen exceptionis est, quia sunt creditores medietatis fructuum
95 Tunc succedit conclusio† quod magis attenditur ratio dicti quam
dictum. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur epat. no. Ias. in. l. pactum
96 ne peteret. §. si quum mihi. colum. j. in princi. ff. de pac. † Imo
ratio consideratur tanquam fundamentum actus, nedum in le-
gibus, sed etiam in dispositionibus hominum vt inquit Bald.
in. c. et si christus. colum. final. in fin. de iureiuran. alleg. l. fin. ff.
de heredi. insti. Igitur censetur pronunciatum super funda-
mento exceptionis. Eo magis quod exceptio ista debet am
pliari per suam rationem. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de le-
ga. ij. et ibi Bartol.

Nec ob. si dicas exceptio non dicit aliquam rationem, sed sim-
pliciter non teneri ad pensionis terminum, quia respond. quod
virtualiter refert se ad instrumentum vel ad breue super quo fun
datur exceptio. l. asse toto. ff. de heredib. institu. igitur exce-
ptio referens se ad breue habet locum in omnibus in quibus
habet locum breue. Sed in breui est ratio quia licet retinere
medietatem igitur perinde est ac si in exceptione esset dictum.
97 Quia† ratio adiuncta facit recedi a proprio significatu verbo-
rum antecedentium, et illud quod dubitatiue erat dictum habe
tur pro dicto sine dubitatione ita Bal. in. l. si seruus legatis. §.
quinque. ff. de leg. j. Igitur etiam si esset dubium an exceptio fun-
datur restrictiue ad terminum decursum solummodo, an vero
generaliter eo quod sunt creditores, propter rationem breuis de
bet intelligi quia sunt creditores medietatis, quibus stantibus
dico pronunciatum esse contra fratres super iure crediti non au
tem super iure termini decursi tantummodo.

Confirmatur, quia excipiendo non dicunt excipio quia sum cre
ditor in isto termino et istius termini, sed dicunt quia sumus cre
ditores simpliciter medietatis fructuum. igitur pronunciatur
eos non esse creditores.

Aduertatur etiam, aut fratres volunt exceptionem retentionis

medietatis, sibi competere pro illo termino tantum, quod tunc tempore morte iuris debebatur, aut quandocunque medietas peteretur. Si respondes, quod pro illo tantum termino, Franciscus habet intentum propter rem iudicatam, et per istum breue est exinanitum, ac etiam propter solutionem, mediante qua fratres renunciarunt breui. Si dicis quandocunque petetur competit exceptio, ergo exceptio non fundatur super termino, sed super credito. s. quia possunt retinere medietatem. Si igitur pronunciatum est contra breuis exceptionem ergo contra creditum, ergo obstabit nunc, quia est eadem exceptio.

Et in effectu ex inspectione breuis colligitur, an pronunciatio quod breue fuerit fundata propter defectum iuris excipiendi in substantia, an vero propter prepostera exceptionem intentatam, si enim in illo termino non potuit excipi et in aliis potest, ex tenore breuis patebit, quod si de hoc non sit mentio in breui ergo pronunciatum est elidendo substantiam breuis non autem praeposteram exceptionem.

Sicut enim Franciscus non egit contra fratres quia erat terminus, sed quia erant pecunie debite. ita fratres excipiendo non censentur excepisse quia in illo termino ius habuerint, sed quia pretendebant se creditores.

Ista est realis consideratio, Dico igitur quod vigore primi breuis, si fratres non fuerunt creditores primi termini, impossibile est a fortiori terminorum posse fieri creditores. Ratio est, quia alii termini sunt vniformes eiusdem efficacie cuius primus terminus. igitur quum censeri debeant eodem iure, dicendum est fratres succubuisse ex defectu iuris non autem ex potentia vel ex efficacia primi termini, quia omnes termini equalis virtutis sunt.

98 † Rationabile dictum ita debet mouere iudicem sicuti lex vt inquit Isern. in probe. feud. col. pen. Igitur considerentur iste rationes et mens contrahentium, et fiat ius. F. Viconti.

ALLEGATIO. XXXI.

SVMMARIVM

1 Motus proprius non est si in literis non exprimitur, nec tollit ius quesitum tertio. 2.

3 Geminatum preceptum non dat robur literis nullis contra iuratam dispositionem.

4 Testes sunt singulares si vnus deponit de confessione mutui in vno loco, alius in alio.

5 Disponens et dispositum sunt diuersa.

6 Quando surreptio tollitur per motum proprium semper est in tertio subiecto talis surreptio.

7 Motus proprius tollit surreptionem quando exprimitur super quo non est quesitum ius tertio.

8 Motus proprius non tollit aliam inhabilitatem preter surreptionem.

9 Vsucapio interrumpitur si possessio per defunctum cepta per alium medio tempore apprehendatur.

10 Medium impertinens impedit coniungi extrema.

11 Motus proprius non ampliat gratiam vi [illegible] verborum.

12 Motus proprius non operatur preter verisimilem intentionem scribentis.

13 Surreptio si non potest opponi in rescripto potest tamen defectus intentionis, et hoc solum annullat. 15.

14 Succumbens in vna gratia ex geminatis dicitur se dare non habere gressum ad aliam.

15 Geminatio non operatur in actu qui habetur pro non adiecto.

16 Geminatio actus elisi non operatur vltra primum.

17 Geminatio non auget feminam.

19 Declaratum semel non potest amplius declarari.

20 Prime interpretationi standum est.

21 Declarans non potest penitere.

22 Declaratio debet peti a principio vt fiat.

23 Interpretari sententiam suam non potest iudex nisi semel.

24 Declarans si mutat postea facit se suspectum.

25 Appellari non potest super declaratione.

Dicta per fratres non iam agnita materiam. Tamen presupposito non concesso quod vera sint, respondeo.

1 Dico hic non esse motum proprium, quia † si in literis non exprimitur, nunquam dicetur motus proprius textus est in capitu. si motu proprio. de prebend. in. vi. Rota. cxxxi. in antiquis.

2 Secundo non concesso quod sit, dico quod † motus proprius non tollit ius quesitum tertio Rota est. ccccxiv. in antiq. Et est regula cancellarie de non tollendo ius quesitum ergo etc.

Non obstat quod sint duo rescripta, quia multipliciter respondeo primo quod tendunt ad diuersa, quia primum non afficit istas pensiones, vnde quum separatorum separata sit ratio. l. papi. ff. de mino non potest dici geminationem istam concernere vnum et idem.

Secundo respond. quod si geminatio operatur sicuti motus proprius tunc non tollitur ius tertii, sicuti non tollitur per motum proprium.

3 Tertio dico quod † Secunda iussio non dat robur literis nullis contra iuratam dispositionem, ita expresse Bald. per illum textum in c. constitutus post princ. de consti. vbi est tex. quasi in terminis. Sed prime litere sunt elise et nulle per rem iudi. ergo etc.

Confirmo primam responsionem quo ad geminata rescripta. et supponendo quod tendunt ad diuersa, et dico quod non possunt dici geminata, aut concordia, aut conformia, aut duplicata iussio. moueor in simili, quia † si ad probandum mutuum, 4 vnus testis deponit de confessione mutui facta in vno loco alius de confessione mutui in alio loco, licet videantur concordes quo ad probandum vnum finem. s. confessionem, tamen quia non concordant in loco vel tempore non dicentur contestes, sed singulares, et non probabunt, ita expresse decidit Amon. in c. licet. ex quadam colum. penul. versic. et per hoc deciditur questio. extra. de testib. alleg. Cyn. in. l. ii. C. que sit long. consue. Sed illud rescriptum dat facultatem super non iuratis, istud super iuratis, ergo etc.

Quarto modo respond. motus proprius tollit surreptionem que est expressa, in motu proprio. Nego tamen quod geminatio rescripti tollat surreptionem presertim si alterum est bis elisum.

5 Iure enim cauetur quod † inter disponens et dispositum debet esse differentia capi. si. de insti. l. ii. ff. de pacto, stip. cum simi. vt dixi in capi. quoniam contra fol. lv. in. xxxviii. cum sequen. vsque ad. xliii. de prob. quo modo igitur ista duo rescripta operari possunt motum proprium, vel surreptionem remouere quum primum rescriptum per rem iudicatam sit elisum, secundum autem sit surrepticium. non faciens mentionem rei iudicate.

Dico igitur quod duplex rescriptum tunc operatur aliquid quum vtrunque habet sua substantialia et formalia, et quando est aliquid tertium separatum quod debet per illa duo rescripta terminari et sit differentia inter operantem et operatum. c. per vestras. de iurepa. Secus quando de viribus eorundem rescriptorum agitur.

6 Et quod hoc sit verum probatur quia † quando surreptio tollitur per motum proprium, semper est in tertio subiecto talis surreptio, vt est videre in glos. validam in clemen. ita. si romanus de prebend.

